Imprimatur,

Henr. Aldrich

VICE-CAN. *OXON.*

Jun. 4. 1694.

Imprimatur,

Henr. Aldrich

VICE-CAN. *OXON.*

Jun. 4. 1694.

JUDICIUM
ECCLESIÆ CATHOLICÆ
TRIUM PRIMORUM SECULORUM,
DE
NECESSITATE CREDENDI
Quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſit verus Deus,
ASSERTUM CONTRA
M. SIMONEM EPISCOPIUM
ALIOSQUE.

Authore GEORGIO BULLO, S. S. T. P. *Presbytero Anglicano.*



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
Impenſis *Georg. Weſt,* MDCXCIV.

PRÆMONITIO AD Lectorem.

DUM in evolvendis M. Simonis Episcopii Institutionibus Theologicis olim versarer, perlecto capite tricesimo quarto lib. 4. *Sect.* 2. De necessitate credendi modum Filiationis Divinæ Jesu Christi; *ad privatos usus conscripsi, seu potius velut primis lineis designavi, Responsionem ad argumenta, quibus ibidem vir eruditus probare conatus est, articulum de Filii Dei Servatoris nostri Divina ex Deo patre ante secula generatione, in primitivis Ecclesiis pro credita*

ad ſalutem neceſſario minime habitum fuiſſe, adeoque Eccleſias illas communionem coluiſſe cum iis, qui articulum iſtum negarent, Chriſtumque purum putum eſſe hominem, qui ante B. Mariam non extiterit, crederent ac docerent. Brevem vero iſtam reſponſionem haud ita pridem ab amicis rogatus, latius deduxi, pluribuſque auxi; additis quoque tribus integris capitibus, in quibus tum ex Primævorum Patrum teſtimoniis tum ex hiſtoria Eccleſiaſtica, Epiſcopii ſententiam luculenter, ni fallor, refutavimus.

Quid autem me impulerit, ut hoc quicquid eſt operis in publicum aliquando exire permiſerim, dicam brevi. Prodiere in Anglia noſtra, intra paucos abhinc annos, ſcripta non pauca hominum nefariorum, qui dogma fidei noſtræ κυριώτατον, *in quo certe Chriſtianiſmi cardo vertitur*

titur (de Filio nempe Dei, ante omnia ſecula ex ipſo Deo Patre nato, vero Deo, de Deo vero, per quem omnia condita fuere, noſtræ ſalutis cauſa incarnato, homineque facto) labefactare atque evertere omni ope adniſi ſunt; eorum aliis Arianam, aliis vero Samoſatenianam blaſphemiam impudenter propugnantibus. De quibus non injuria dicam, quod de ſcriptis Lælii Socini, Franciſci Davidis, Blandratæ, aliorumque ejuſdem farinæ hæreticorum, ſui ſeculi, pronuntiavit vir magnus Hieronymus Zanchius: ★ Legi, quanquam magno cum ſtomacho, novorum Arianorum & Photinianorum inepta deliria. Atque hoc poſſum affirmare, in horum Scriptis nihil à me lectum fuiſſe, quod aliquid ſaltem habeat acuminis; ſicut multa habuerunt veterum hæreticorum libri. Omnia enim

★ In Epiſt. Dedic. librorum de tribus Elohim.

enim ſunt vel vetus κεφάλαιον centies repetita, vel novæ ineptiæ. *His tamen (ne vani ſcil. homines triumphum agerent, infirmique ipſorum qualibuſcunque ſtrophis à Catholica veritate ſeducerentur) editis ex adverſo ſcriptis, occurrerunt viri quidam è Noſtratibus pii atque eruditi, qui eo certe nomine à bonis omnibus gratiam ac laudem meruerunt.*

Inter hæc vero, emerſere nonnulli, qui ſe Mediatores ſcilicet, paciſque ſequeſtros in hac controverſia interponere, parteſque inter ſe longe disjunctiſſimas, maximeque diverſas, Eccleſiam nempe Catholicam atque Hæreticos, hoc eſt, Chriſtum & Belial, conciliare & conjungere aggreſſi ſunt. Hi homines, cum veritatem articuli de coeſſentiali Dei Filio, cum Catholicis ſe tenere atque credere profiteantur;

tur; (utinam ſincere!) ejuſdem tamen neceſſitatem minime agnoſcunt; rati ſcilicet, ad ſalutem ſufficere, ſi in Jeſum Chriſtum, Filium Dei, humani generis Salvatorem, quoquo modo credatur; neque multum referre, merum ipſum hominem aut creaturam eſſe, gratia tantum atque adoptione Deum factum atque ad Divinos honores evectum; an verò verum, hoc eſt, natura Deum exiſtimes. Atque hanc ſuam ſententiam tuentur iiſdem fere argumentis, quibus Epiſcopius utitur, quæque ille à Socino mutuatus eſt. Vociferantur, Patres Nicænos primum τὸ ὁμοούσιον *Filii ſanciviſſe, atque in diverſum ſentientes anathema temere denuntiaſſe; primitivam vero Eccleſiam longe mitiorem fuiſſe, atque, ut tenerrimam ſcil. matrem decuit, in gremio ſuo foviſſe etiam eos,*

qui

qui Christum Servatorem suum, natura, non nisi ψιλὸν ἄνθρωπον *crediderunt: quod ex Symbolo, Apostolorum dicto, atque ex celebri loco Justini Martyris, in Dialogo cum Tryphone, probatum eunt; hæc nimirum in eorum Scriptis utramq; fere paginam faciunt. Sed quam frustra hæc ab ipsis afferantur, in sequenti tractatu clare ostensum est.*

Ceterum aßertio Episcopii, cui isti, ut videtur, temere fidem habuerunt, quamque nos refutandam suscepimus, ejusmodi est, ut qui ipsam affirmare ausus fuit, vel primævorum patrum scripta veteremque historiam Ecclesiasticam vix à limine salutaße; vel certe contra suam ipsius conscientiam scripsiße, judicandus sit. Posterius illud de Episcopio credere vetat Charitas, longeque à me abest, ut ipse credam.

dam. Anne igitur in veteris Eccle-
siæ monumentis minus versatus fu-
it? Ne sic quidem magnæ temeri-
tatis notam effugiet, qui de primi-
tivæ Ecclesiæ sententia, sibi minus
explorata, præsertim in re tanti
momenti, tam fidenter pronuntia-
verit; adeoque consequenter opti-
morum seculorum Doctoribus, Epi-
scopis, Confessoribus, Martyribus
gravissimam imposuerit contume-
liam; quasi scilicet in tutando capi-
te religionis Christianæ omnium
maximo, tepidi, imo prorsus frigidi
fuissent. Verum ita profecto res est.
Vir sane magni ingenii, atque in
multis non vulgariter doctus, vete-
rum Patrum ac Doctorum scripta
parum vel consuluit vel curavit, imo
plane contempsit. Audi ipsum Wa-
dingo Jesuitæ, patres & Concilia
falso crepanti, respondentem sen-
sumque mentis suæ libere aperien-

tem

tem his verbis: * Dicam hic ſemel quod ſentio. Nunquam me compinges in piſtrinum illud, mi Wadinge. Ego ex illo muſtaceo laureolam non quæro; nec invideo multæ lectionis & capacis memoriæ gloriam iis, quibus lubet in iſto Conciliorum ac Patrum oceano ſemper errare ac fluctuare, in eoque otium & induſtriam ſuam omnem occupare. Neque enim tanti facio, cujus me pœnitere aliquando poteſt. *Scilicet in laudabile ſtudium ſedulamq; lectionem Veterum Patrum & Conciliorum incumbere, ipſi eſt,* in muſtaceo laureolam quærere; *hoc eſt,* (*ut Eraſmus adagium exponit*) *ex frivolo negotio, captare famam, haud præclaram neque magnificam; illud ipſi nihil aliud eſt, quam oleum atque operam perdere, atque id agere, cujus te aliquando pœniteat. Et mox ibidem, poſtquam*

* Reſp. ad Epiſt. Wading. c. 1.

poſtquam ſcriptis Sanctorum Patrum (quibus vel Patrum nomen ac titulum, ipſis vulgo tributum, ſibi diſplicuiſſe profitetur) authoritatem atque exiſtimationem pene omnem ratiunculis quibuſdam ſuis adimere conatus fuiſſet; ita demum concludit: Hæc cauſa eſt cur in iis (*patrum ſcil. ſcriptis*) operam magnam non ponam.

Quam vellem autem, Patres ſaltem ac Scriptores trium primorum ſeculorum hic excepiſſet! Iis certe legendis ſi plus temporis atque ſtudii impendiſſet, operam navaſſet, neque ſibi neque Eccleſiæ Chriſti pœnitendam. Nunquam Arianorum ac Sociniſtarum patrocinium eatenus ſuſcepiſſet, ut ipſorum de perſona Servatoris noſtri doctrinam, ſub obtentu auctoritatis ac ſententiæ primævarum Eccleſiarum, ut erroneam fortaſſe quidem,

ſed

ſed minime hæreticam excuſaret; quam Eccleſiæ illæ omnes, ut hæreſim pernicioſiſſimam ac θανατηφόρον, *conſentiente calculo ac judicio damnaverunt.*

Hoc ſatis, opinor, abundeque demonſtratum habes in ea, quam nunc tibi exhibemus, diſſertatione. Quæ quidem pro coronide ad Defenſionem Fidei Nicænæ, *ante aliquot annos à me editam, haberi poteſt. Sicuti enim eo in opere Symbolum ipſum Nicænum ab hæreticorum calumniis vindicavimus, doctrinamque in eo traditam fidei Eccleſiæ Catholicæ trium primorum ſeculorum plane conſonam eſſe, fuſe atque evidenter oſtendimus; (nemine ex Sanctæ Synodi adverſariis quicquam adhuc, quod ſciam, reponente) ſic in hoc opuſculo* ἀναθεματισμοῖς *Symbolo iſti annexum, tuemur ac defendimus. Hinc enim*

enim clare elucet, Patres Nicænos convenienter ſententiæ primarum Eccleſiarum quæ inde ab ipſis uſque Apoſtolorum temporibus fuerunt, ſuam fidei confeſſionem hoc Anathemate ſancivisse: τὸς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *i. e.* Eos autem qui dicunt, erat, quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, aut ex non exiſtentibus factus eſt, vel ex alia hypoſtaſi ſive ſubſtantia, vel creatum, aut convertibilem, aut alterabilem dicentes Dei Filium, hos anathemate ferit Catholica & Apoſtolica Eccleſia. *Hoc judicium Eccleſiæ Chriſti univerſalis, omnium temporum, reverebuntur certe pii*

ac

ac ſobrii omnes, adeoque ab ἀρνησι-θέῳ Samoſatenianorum ſimul & Arianorum hæreſi cavebunt ſibi totoque animo abhorrebunt. Quod ut tu quoque facias, Lector, (quiſquis es) te ſerio hortor, ac valere jubeo.

INTRO

INTRODUCTIO.

VIR doctiſſimus M. Simon Epiſcopius in Theologicis ſuis Inſtitutionibus, Lib. 4. Sect. 2. Cap. 33. poſtquam oſtendiſſet, "Deum Jeſu Chriſti Patrem, & "Jeſum Chriſtum Dei Patris Filium, "etiam quatenus homo eſt, quatuor modis κατ' "ἐξοχὴν in Scripturis vocari; nimirum ratione "Conceptionis ex Spiritu S. muneris Mediatorii, "reſurrectionis à mortuis, ac denique exaltatio- "nis ad dextram Patris; deinde addit, & ex locis "quibuſdam S. Scripturæ & ex rationibus Scri- "ptura nixis probat (quanquam ſane in tota illa "diſputatione frigidum nimis tantæ veritatis vin- "dicem ſe oſtendat) ἐξοχὴν illam Filiationis, ſive "Filii Dei, Jeſu Chriſto competere alia inſuper "ac magis peculiari ratione, quæ ad aliquem "iſtorum quatuor modorum, ac proinde ad Je- "ſum Chriſtum quatenus homo eſt, referri non "poteſt; quia ſcil. de Jeſu Chriſto, i. e. de eo, "qui poſtea Jeſus Chriſtus dictus fuit, ſic non ra- "ro loquatur Scriptura, ut dubitari vix poſſit, "quin is revera extiterit, tanquam vera atque "unica Patris ſui proles, antequam ex Maria ma-

"tre ſua homo naſceretur; atque adeo (ut poſtea "ſe plenius explicat) ante rerum omnium crea- "tionem, idque ita ut per ipſum condita fue- "rint univerſa, ac proinde Deus ipſe fuerit.

Tandem vero Cap. 34. ejuſdem Libri, pro more ſuo, inquirit, *An quintus iſte modus Filiationis Jeſu Chriſti ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſarius ſit, iiſque, qui illum negant, Anathema dicendum ſit?* Et partem Quæſtionis negantem it defenſum tribus argumentis; quorum duo priora aliis diſcutienda relinquemus; nos tertium ſolummodo (quod noſtræ quaſi ſortis id negotium videatur) ad examen hic revocare conſtituimus.

Argumentum hujuſmodi eſt: *In primitivis Eccleſiis quæ ab ipſis uſque Apoſtolorum temporibus, ſaltem per tria integra ſæcula fuerunt, Fides ac Profeſſio ſpecialis hujus modi Filiationis ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſaria judicata non fuit*; ergo cur jam neceſſaria credatur, cauſa non eſt. *Ratio conſequentiæ per ſe manifeſta eſt ex regula Vincentii Lirinenſis: quod neceſſarium ſcitu & creditu eſt ad ſalutem, id ubique, ab omnibus, & ſemper pro tali habitum ac creditum eſſe in Eccleſia Chriſti, ut ſtatuatur neceſſe eſt.*

Conſequentiam ambabus (quod aiunt) ulnis amplexamur; ad Antecedens vero quod attinet, (ut ignoſcamus Epiſcopio Solæciſmum in verbis illis: *Fides ac profeſſio ſpecialis hujus modi Filiationis ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſaria judicata non fuit*, cum dubio procul voluerit, Fidem iſtam ac profeſſionem ad ſalutem neceſſariam non fuiſſe judicatam) illud aperte falſum eſſe

esse contendimus, atque hoc qualicunque opere nostro abunde demonstrabimus.

Hoc unum præmonemus, judicium primarum Ecclesiarum de necessitate hujus (alteriusve alicujus nostræ religionis) articuli, nobis seris Nepotibus haud alia certiori ratione constare posse, quam primo consulendo Catholicorum Patrum & celebriorum in Ecclesiis illis Doctorum Scripta & Monumenta, quæ extant, ut inde quid illi hac de Quæstione senserint cognoscamus: deinde perscrutando Historiam Ecclesiasticam, de iis, qui in primis sæculis Jesu Christi Domini nostri Divinitatem negarent; ut intelligamus cujusmodi in ipsos sententiam tulerint illorum temporum Ecclesiæ; utrum in communione sua eosdem retinuerint, an rejecerint, ut à corpore Christi alienos. Est quidem & tertia ratio dignoscendi, quæ dogmata primæva Ecclesia pro creditu necessariis habuerit, nempe ex Symbolis & Fidei confessionibus, quas ab iis, qui communione sua frui vellent, exigebat. Neque hanc rationem declinamus ipsi, imo lubentes amplectimur, ut in sequentibus liquebit. Verum cum in hac temporum fæce quamplurimi vetera Ecclesiæ Symbola, ut & ipsa sacra Eloquia, non secundum Ecclesiastici & Catholici sensus normam, (quod monuit Vincentius) sed pro libitu suo interpretentur; quin & ex Symbolo vulgari quod Apostolorum dicitur, Episcopius aliique ipsum secuti, pro sententia sua argumentum depromserint; ideo satius mihi visum est, quæ de Symbolis dicenda habeo, in eum locum rejicere, ubi ad illorum argumenta respondetur.

Quibus præmiſſis aſſertionem Epiſcopii hac methodo facile refutabimus. Primo teſtimonia adducam Patrum primævorum, ſatis aperte docentium, dogma de Chriſti vera Divinitate, ad ſalutem creditu prorſus neceſſarium eſſe. Deinde ex Hiſtoria Eccleſiaſtica oſtendam, neminem unquam in primis ſæculis Jeſu Chriſti Domini noſtri divinam ex Deo Patre ante omnia ſæcula generationem negaſſe, quin propterea Catholica Chriſti Eccleſiæ communione protinus ejiceretur, & pro Hæretico habitus fuerit. Denique ad argumenta quibus Epiſcopius Antecedens ſuum probare nititur, fuſiſſime reſpondebo: Hic Scopus, hic hujus Diſſertationis noſtræ terminus.

CAP. I.

Aſſeruntur primævorum Patrum teſtimonia, docentium, articulum de Servatoris noſtri Divinitate ad Salutem creditu plane neceſſarium eſſe.

(1.) A Patrum primævorum teſtimoniis initium faciam. Ignatius, Apoſtolorum, ſalten Johannis Apoſtoli, Symmyſta, in genuinis ſuis Epiſtolis ab Iſaaco Voſſio editis, doctrinam de Chriſto θεανθρώπῳ vero Deo & vero homine ſæpius inculcat, tanquam creditu omnino neceſſariam, contra Hæreticos illius ævi, qui alterutram Chriſti naturam negarint. Sic in Epiſt

ad

ad Epheſ. poſt recitatas ipſorum laudes, quas ab Oneſimo illorum Epiſcopo accepiſſet, nempe quod Orthodoxam & Apoſtolicam doctrinam adhuc mordicus retinuerint, atque ab omni Hæreſi ſe puros conſervaverint; deinde monet ipſos ut in Catholica Fide perſeverent, ſedulo ſibi caventes ab Hæreticis, qui tunc temporis in agro Eccleſiæ Zizania ſua ſubdole ac latenter ſpargerent. Verba ejus ſunt εἰώθασι γὰρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλὰ τινὰ πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶν γὰρ κύνες λυττῶντες, λαθροδήκται, οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι ὄντας δυσθεραπεύτους. i. e. juxta verſionem Uſſerianam; *conſueverunt enim quidam dolo malo nomen* (Chriſtianorum ſcil.) *circumferre, ſed quædam operantes indigna Deo; quos oportet vos ut beſtias declinare; ſunt enim canes rabidi, latenter mordentes, quos oportet vos obſervare, exiſtentes difficile curabiles.* Continuo ſubjungitur πολυθρύλλητος ille locus de duabus in Chriſto naturis: εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικὸς καὶ πνευματικός, γενητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ. i. e. *unus eſt medicus carnalis & ſpiritualis, factus & non factus, in carne Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo.* Immediate vero ſequitur μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, i. e. *ne igitur quis vos ſeducat*, ſcil. à veritate proxime expoſita de duplici Servatoris noſtri natura. Itaque ſatis manifeſtum eſt Hæreticos, quos ferit Ignatius Apoſtolicam de Chriſto θεανθρώπῳ doctrinam negaſſe; eoſque propterea virum Apoſtolicum tanquam canes rabidos, latenter mordentes, ac lethale dogmatis ſui virus animis hominum ingerentes, fugiendos omnino

p. 21.

Vide Defenſ. Fid. Nic. Sect. 2. Cap. 2. §. 6.

nino ab omnibus, qui saluti suæ consultum vellent, censuisse.

Cæterum & illud quoque observandum est, Virum Sanctum, postquam dixisset Hæreticos istos ἀνιάτους *difficile sanabiles*, hoc est, summo in periculo atque æternæ salutis suæ discrimine fuisse; continuo dicti ejus hanc rationem subjicere, *Unus est Medicus carnalis, & spiritualis, factus & non factus* &c. Q. D. Nulla est hominibus salus, nisi per unicum animarum medicum, Christum Deum & hominem, Deum inter hominemque Mediatorem: at isti hujusmodi Medicum & Mediatorem nullum agnoscunt, nullum volunt; itaque plane deplorata est ipsorum salus, nisi scil. ab Hæresi sua tandem serio resipiscant, ac Deum Filium pro sua salute incarnatum atque hominem factum amplectantur atque omni obsequio venerentur.

Idem postea in eadem Epistola, rursus eosdem Hæreticos hominum perditissimis deteriores pronuntiat, ipsos cum eorum sectatoribus Gehennæ flammis addicit, ac denique dogma ipsorum Diabolicam doctrinam appellat. Verba ejus sunt: Μὴ πλανᾶσθε ἀδελφοί μου. οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν· εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον ἐὰν * πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος ἐμπαιγὶς γενόμενος εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ἀκούων αὐτοῦ. i. e. *ne erretis Fratres mei; Domus corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si igitur qui secundum carnem hæc operantur, mortui sunt; quanto magis, si quis Fidem Dei in mala doctrina corrumpat, pro qua Jesus Christus crucifixus est?*

p. 26, 27. *Al. ἐκκλησίαν. & sic quidem melius servatur antithesis inter humana habitacula & Domum Dei.

Usser.

est? *Talis inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit: Similiter & qui audit ipsum.* Et paulo post, μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆ διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, i. e. *ne ungamini fœtore doctrinæ principis sæculi hujus.* Mox vero Apostolicam fidem, malæ isti & diabolicæ doctrinæ oppositam, proponit his verbis: ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, Ιησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου· i. e. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria secundum dispensationem Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto.* Ideo igitur in seductores & seductos istos intonat & ignem ipsis inextinguibilem minatur vir alioqui mitissimus, quod primam Religionis Christianæ veritatem, cujus præcipue στῦλος καὶ ἑδραίωμα esse debet, monente Apostolo, omnis vera Christi Ecclesia, (ipsam scil. profitendo, suo testimonio tuendo, atque Evangelii prædicatione conservando) nempe magnum illud pietatis mysterium, Deum in carne manifestatum fuisse, convellere niterentur. Qui istam impietatem moliti sunt, duo fuere, Ignatii ætate, Hæreticorum genera, sibi invicem non minus quam veritati repugnantium. Alii divinam quandam Servatori nostro naturam attribuentes, humanam prorsus ipsi detraxerunt; Christum putative tantum inter homines ut hominem conversatum, passum ac mortuum fuisse affirmantes; qua in Hæresi fuere Simoniani, Menandriani, Saturniniani, aliique quos propterea omnes Δοκηταὶ & φαντασιασταὶ posterior ætas appellavit. Alii contra humanam tantum in Domino Jesu naturam agnoscebant, ut Cerin-

1 Tim. 3. Com. 15, 16.

thiani & Ebionæi. Utra Hæresis pernicioſior fuerit, haud facile eſt dictu. Poſteriorem certe dignitati perſonæ Servatoris noſtri apertiorem contumeliam intuliſſe liquet. Utrumque autem Hæreticorum genus & in locis citatis &, alibi in Epiſtolis ſuis reſpexiſſe Ignatium, conſentiunt eruditi, & per ſe manifeſtum eſt. Quæ Ignatii loca quiſquis legerit, ac ſine præjudicio & partium ſtudio expenderit, ſane is cum Epiſcopio nunquam ſentiet aut credet, dogma de Jeſu Domini noſtri vera Divinitate in Primitiva Eccleſia ad ſalutem creditu neceſſarium non fuiſſe judicatum, nedum Eccleſiam illam communionem coluiſſe cum iis, qui ipſum negarint; quod tamen Epiſcopius auſus eſt affirmare. Ac de Ignatio hactenus.

(2.) Juſtini Martyris (ut ut ipſum pro ſua ſententia Epiſcopius & alii illum ſecuti, vel nimis imperite vel minus candide citaverint) de iis, qui Chriſtum Dominum noſtrum merum hominem aut creaturam dicerent, idem fuiſſe judicium, infra commodiori loco liquido oſtendam.

(3.) Interea Ignatio ſuccedat Irenæus. Qui in adoleſcentia ſua Polycarpi Apoſtolorum diſcipuli aſſiduus adeo atque diligens auditor fuit, ut in ipſa ſenectute beatiſſimi illius viri ſermones ac doctrinam firmiter in memoria retinuerit; (quemadmodum ipſe teſtatur in Epiſtola ad Florinum, apud Euſeb. Eccl. Hiſt. lib. 5. cap. 20.) ac proinde facile ab ipſo ſcire potuit, quæ dogmata Apoſtolica Eccleſia pro Hæreticis habuerit. Ille autem paſſim in Scriptis ſuis, eos, qui Chriſtum ψιλάνθρωπον verum Deum & verum hominem negabant,

gabant, juxta cum Ignatio tanquam Hæreticos repudiat, atque à salvifica Christi cognitione alienos pronuntiat. Sed verba ipsius de Cerinthianis & Ebionæis clarissima sunt lib. 3. cap. 21. in ipso initio: *Rursus autem qui nude tantum hominem eum dicunt ex Joseph generatum, perseverantes in servitute pristinæ inobedientiæ moriuntur, nondum commixti Verbo Dei Patris, neque per Filium percipientes libertatem, quemadmodum ipse ait; Si Filius vos manumiserit, vere liberi eritis. Ignorantes autem eum, qui ex Virgine est Emmanuel, privantur munere ejus, quod est vita æterna: non recipientes autem Verbum incorruptionis, perseverant in carne mortali; & sunt debitores mortis antidotum vitæ non accipientes.* Ubi duplicem errorem attribuit Hæreticis istis, quod scil. docuerint, Christum & hominem esse ex hominibus genitum, non ex pura Virgine natum; & merum hominem esse nihilque præterea. Ob utrumque dogma ipsos à salute excludit, affirmans, eos *perseverantes in servitute pristinæ inobedientiæ mori, per Filium non percipere libertatem, privari munere Christi, quod est vita æterna, denique mortis esse debitores.* Sed ideo imprimis tremendam hanc in eos fert sententiam quod Emmanuel, i. e. Deum nobiscum ignorarint, quod non receperint verbum incorruptionis, seu incorruptibile; perseverantes in carne mortali, h. e. Divinam incorruptibilem atque immortalem Christi naturam non agnoverint.

His gemina sunt, quæ adversus Ebionæos nominatim differit, lib. 5. cap. 1. *Vani autem & Ebionæi,*

Ebionæi, Unitionem Dei & hominis per fidem non recipientes in suam animam. Et paulo post: *Reprobant itaque hi commixtionem vini cœlestis, & sola aqua sæcularis volunt esse,* non recipientes Deum *ad commixtionem suam. Perseverant autem in eo qui victus est Adam, & projectus est de Paradiso; non contemplantes, quoniam quemadmodum ab initio plasmationis nostræ in Adam, ea quæ fuit à Deo inspiratio vitæ, unita plasmati animavit hominem & animal rationale ostendit; sic in fine,* VERBUM PATRIS ET SPIRITUS DEI, ADUNITUS ANTIQUÆ SUBSTANTIÆ PLASMATIONIS ADÆ, *viventem & perfectum effecit hominem.* Quibus addas locum Irenæi à Theodoreto citatum ex lib. 4. cap. 59. Ἀναχρίνει δὲ καὶ τὰς Ἐβιώνας· πῶς δυνάμενοι σωθῆναι, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἴδῃ, ὁ δὲ σωτηρίαν αὐτῶν ὅλη γῆς ἐργασάμενος; ἢ πῶς ἄνθρωπος χωρήσει εἰς Θεὸν, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐχωρήθη εἰς ἄνθρωπον; i. e. *judicabit autem* (*scil. homo spiritualis*) *& Ebionitas: quomodo possunt salvari, nisi Deus sit, qui salutem illorum super terram operatus est? & quomodo homo transiet in Deum, si non Deus in hominem transiit?*

(4.) Tertullianus (de Præscript. adv. Hæres. cap. 13.) articulum de Filii Dei ex ipso Deo Patre ante sæcula generatione, ad regulam illam Fidei omnino pertinere affirmat, *quæ nullas habet apud Christianos quæstiones, nisi quas Hæreses inferunt, & quæ Hæreticos faciunt*: quem locum infra, ubi de symbolis agitur, integrum proferemus. Quin & mox in hoc capite illustre ex Tertulliano, pro necessitate illius articuli, testimonium citatum reperies.

Ter-

Tertulliano ſubjungendus eſt Novatianus, ſive Auctor libri de Trinitate inter opera Tertulliani. Ille enim ejuſdem libri cap. 11. doctrinam eorum, qui Chriſti Deitatem negant, & merum hominem aut creaturam ipſum dicunt, ut Hæreſin periculoſiſſimam & in ipſum Deum Patrem contumelioſam condemnat. Ita ſcil. ibidem diſſerit: *eſt enim periculum grande, Salvatorem generis humani, totius Dominum & Principem Mundi, cui à ſuo Patre omnia tradita ſunt, & cuncta conceſſa, per quem inſtituta ſunt univerſa, creata ſunt tota, digeſta ſunt cuncta, ævorum omnium & Temporum Regem, Angelorum omnium Principem, * ante quem nihil præter Patrem, hominem tantum modo dicere & autoritatem illi Divinam in his abnegare. Hæc enim contumelia Hæreticorum ad ipſum quoque Deum Patrem redundabit, ſi Deus Pater Filium Deum generare non potuit. Sed enim veritati cæcitas Hæreticorum nulla præſcribet.* Idem ejuſdem libri cap. 12. in ipſo initio, ſalvari non poſſe, qui Chriſtum Deum non agnoſcit, diſerte docet. En ipſius verba ipſiſſima: *Cur ergo dubitemus dicere, quod Scriptura non dubitat exprimere? Cur hæſitabit Fidei veritas, in quo Scripturæ nunquam hæſitavit autoritas? Ecce enim Oſee Propheta ait ex perſona Patris, jam non ſalvabo eos in arcu neque in equitibus, ſed ſalvabo eos in † Domino Deo ipſorum. Si Deus ſalvare ſe dicit in Deo, non autem ſalvat niſi in Chriſto Deus, cur ergo homo dubitet, Chriſtum Deum dicere, quem Deum à Patre animadvertit poſitum per Scripturas eſſe? Imo ſi non ſalvat*

(5.)

* quo ſenſu illud dixerit Novatianus à nobis explicatum videas Def. Fid. Nic. Sect. 3. Cap. 8. §. 7.

† Targum Jonathan habet per *Verbum Domini Dei ſui.* Inde & Veteres Chriſtiani Scriptores locum de Chriſto Verbo & Filio Dei communiter exponunt. Vid. Def. Fid. Nic. Sect. 1. Cap. 1. §. 19.

vat nisi in Deo Pater Deus, salvari non poterit à Deo Patre quisquam, nisi confessus fuerit Christum Deum, in quo se & per quem se repromittit Pater salutem daturum: ut merito quisquis illum agnoscit esse Deum, salutem inveniet in Deo Christo; quisquis non recognoscit esse Deum, salutem perdiderit, quam alibi nisi in Christo Deo invenire non poterit. Denique cap. 30. de utroque genere Hæreticorum, tum qui Filium Patrem dicunt, tum qui Deum illum esse negant, locutus, non minus vere quam scite & eleganter addit, *Revera quasi inter duos latrones crucifigitur Dominus, quomodo fixus aliquando est; & ita excipit Hæreticorum istorum ex utroque latere sacrilega convitia.*

(6.) Ad Origenem venio, qui, siquis alius veterum, liberiorem Theologiam secutus est; ut ipsum, Patrem (si vocabulo nostratibus satis noto uti liceat) *Latitudinarium* jure merito dixeris. Et ille ipse tamen Origenes de necessariis Christianæ Fidei articulis ex professo differens lib. 1. περὶ ἀρχῶν, iis & hunc de Filii Divinitate, idque inter primos, disertis verbis annumerat. Locus notatu dignus est, quem propterea, ut ut prolixum, describere hic non gravabor, ex Apologia Pamphili Martyris. *Cum multi sunt, qui se putant scire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diversa prioribus sentiant; servetur vero Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & usque ad præsens in Ecclesiis permanens, illa tamen scire oportet, quoniam S. Apostoli Fidem Christi prædicantes de quibusdam quidem, quæcunque necessaria*

Inter opera Hieron. Tom. 9. p. 115, 116. Edit. Vict.

saria crediderunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erga inquisitionem Divinæ scientiæ videbantur, manifestissime tradiderunt; rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona excellentia, & præcipue sermonis sapientiæ & scientiæ per ipsum Spiritum S. percipere merebantur. De aliis vero dixerunt quidem quia sint, quomodo autem & unde sint siluerunt profecto; ut studiosiores quique ex posteris suis amatores sapientiæ & scientiæ exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostendere valerent, hi videlicet, qui dignos se & capaces sapientiæ præpararent. Species vero eorum quæ per prædicationem Apostolicam manifeste traduntur, istæ sunt. Primo quod unus sit Deus, qui omnia creavit atque composuit, quique ex nihilo fecit esse universa, &c. Et quod hic Deus in novissimis diebus, sicut per Prophetas suos ante promiserat, misit Dominum Jesum Christum, &c. Tum deinde, quia Jesus Christus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset, per ipsum namque omnia facta sunt, novissimis temporibus seipsum exinaniens, homo factus est: Incarnatus est, cum Deus esset, & homo factus, mansit quod Deus erat. Quibus verbis Origines doctrinam de Filii Deitate partem esse dicit Ecclesiasticæ prædicationis ab Apostolis ipsis traditæ, & in Ecclesiis usque conservatæ, & cum diversi fuerint generis, quæ Apostoli docuerunt, hunc articulum reponit inter ea, quæ tanquam necessaria omnibus credentibus, etiam rudioribus, manifestissime tradiderunt. In

Ib. p.117. In eadem Apologia citatur Origenis liber in Epiſt. ad Titum, in quo ad locum illum Apoſtoli cap. 3. v. 10. *Hæreticum hominem poſt trinam correptionem devita* hæc annotat. *nomen Hæreſis, quantum ego deprehendere potui, etiam in Epiſt. Pauli Apoſt. ad Corinth. deſignatur hoc modo*, oportet enim hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter Vos. *Et iterum ad Galatas, inter opera carnis hæreſis quoque nomen aſcribitur, ſicut ait*: manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt Fornicatio, immunditia, impudicitia, Idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſcordiæ, Hæreſes, &c. Quæ & prædixi vobis, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. *Per quæ Cognoſcimus, quoniam ſicut hi qui fornicationibus & immunditiis atque impudicitiis & Idolorum cultibus maculati ſunt, regnum Dei non poſſidebunt, ita & hi qui in Hereſin declinaverint. Propterea ergo ſecundum ſententiam ipſius (Apoſtoli) oportet nos ſicut reliqua mala quæ enumeraverat, ita nomen hæreſis devitare, neque cum talibus orationis ſocietate miſceri.* Deinde poſt pauca oſtendit Origenes, quinam pro Hæreticis habendi ſint, his verbis: *Quid vero ſit hæreticus homo, pro viribus noſtris, ſecundum quod ſentire poſſimus, deſcribamus. Omnis qui ſe Chriſto credere profitetur, & tamen alium Legis & Prophetarum, alium Evangeliorum Deum dicet, &c. Unum idemque ſentiendum eſt de eo, qui de Domino noſtro Jeſu Chriſto falſi aliquid ſenſerit, ſive ſecundum eos, qui dicunt eum ex Joſeph & Maria natum, ſicut Ebionitæ &*

* *Valen-*

* *Valentiniani; sive secundum eos, qui primogenitum eum negant & totius creaturæ Deum, & Verbum & sapientiam, quæ est initium viarum Dei, antequam aliquid fieret, ante secula fundatam, atque ante omnes colles generatam, sed hominem solum eum dicentes.* Certe his nihil clarius.

* Vid. Huetii notas in Orig. comment. p. 120.

Dionysius Romanæ Ecclesiæ Episcopus celeberrimus, qui non multo post Origenem floruit, in Epist. adversus Sabellianos, citante * Athanasio, dogma de SS. Trinitate vocat τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ; *augustissimam sive religiosissimam prædicationem Ecclesiæ Dei*, quam scil. vel minimum violare nefas sit. Eos vero qui Filium Dei creaturam & factum quiddam esse audent affirmare, non modo Hæresis, sed & Maximæ blasphemiæ arguit. Βλάσφημον οὖν (inquit) οὐ τὸ τυχὸν, μέγιστον μὲν οὖν χειροποίητον τρόπον τινὰ λέγειν τὴν κύριον· εἰ γὰρ γέγονεν υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ἀεὶ δὲ ἦν· i. e. *Blasphemia igitur non vulgaris, sed maxima habenda est, Dominum dicere quodammodo manufactum, si enim factus est Filius, erat igitur, quando ille non erat: atqui ille semper erat.* Certum est igitur Dionysii ætate, Ecclesiam Romanam, omnium Ecclesiarum tunc temporis merito honoratissimam, articulum de æterna Filii divinitate creditu omnino neeessarium judicasse, ac minime communionem coluisse cum iis, qui Christum Deum non agnoscerent, sed creaturam illum esse dicerent. (7.)

* de Decret. Synod. Nic. Tom. 1. p. 275, 276.

Infinitus sim, si omnia omnium Primævorum Patrum dicta huc spectantia, in medium proferrem. Quare testimoniis jam adductis, solummodo (8.)

do hanc observationem generalem visum est adjicere; nempe, in primis sæculis inter Judæos & Christianos controversiam fuisse vehementer agitatam, de persona Messiæ sive Christi, Deus ne & homo, juxta prophetarum vaticinia, is futurus esset, an ψιλὸς ἄνθρωπος purus putus homo. Posterius adfirmabant Judæi & Judaizantes aliquot Christiani; (iis, qui Christi Divinitatem adstruebant, Ethnicam πολυθεότητα objectantes;) prius vero illud tanquam caput Fidei ac salutis suæ, strenue propugnabant Christiani omnes Catholici; adeo ut eos etiam qui cætera Jesu Christi Fidem profitentes, tamen illud negarent, pro alienis ab Ecclesia Christiana atque ad Synagogam transfugis habuerint. Nimirum perinde fere ipsis videbatur Jesum pro Christo non agnoscere, atque Deum esse ipsum negare.

(9) Justino Martyri in Dial. cum Tryphone ostendere aggredienti, Messiam sive Christum à sacris Vatibus prænunciatum, & Deum futurum, & ex Virgine hominem nasciturum, sic occurrit Trypho. Τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν χειρὸν, εἶτα καὶ γυναῖκα ἄνθρωπον γενόμενον ὑπομεῖναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων, μόνον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρόν. i. e. *Nam quod ais præextitisse hunc Christum Deum ante sæcula, ac deinde nasci etiam hominem factum sustinuisse, non modo Paradoxum & incredibile mihi videtur, verum etiam stultum.* Cui regerit Justinus, οἶδ' ὅτι παράδοξος ὁ λόγος δοκεῖ εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, ὅσπερ τὰ τοῦ Θεοῦ ὅτι νοῆσαι ὅτι ποιῆσαι ποτὲ βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ ὑμῶν διδασκά-

λων

λων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ. i. e. *Scio incredibilem videri ſermonem iſtum, maxime hominibus veſtræ gentis, qui ea quæ Dei ſunt neque intelligere neque facere unquam voluiſtis, prout ipſe Deus vociferatur.* Origenes lib. 1. contra Celſ. reprehendit Epicureum iſtum quod in proſopopœia ſua, qua Judæum inducit loquentem, decorum non ſervaſſet, verbis ſcil. Judæo ſuo affictis, quæ perſonæ ipſius minime congruerent, nempe his. *Meus vero Propheta Hieroſolymis olim cecinit, venturum Dei Filium, piorum Judicem, injuſtorum Punitorem.* Cauſam reprehenſionis mox hanc ſubdit. Ιουδαῖος δὲ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι, ὅτι προφήτης τὶς εἶπεν ἥξειν υἱὸν τοῦ θεοῦ· ὃ δὲ λέγουσιν οὗτοι, ὅτι ἥξει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πολλάκις γε ζητοῦσι πρὸς ἡμᾶς εὐθέως περὶ τοῦ υἱοῦ Θεοῦ, ὡς οὐδενὸς ὄντος τοιούτου, οὐδὲ προφητευθέντος. i. e. *Cæterum Judæus nunquam fateretur, Prophetam aliquem prædixiſſe, venturum Dei Filium; quod vero prædicant Judæi, hoc eſt, venturum Chriſtum Dei. Et quoties nobiſcum diſputant, ſtatim quærunt de Filio Dei, quaſi nuſquam apud Prophetas inveniatur quicquam hujuſmodi.* Idipſum rurſus exprobrat Celſo lib. 4. οὐκ οἶδε μὲν τό γε, ὅτι ὁ πάνυ τι Ιουδαῖος λέγει Θεὸν ὄντα ἢ Χριστὸν καταβήσεσθαι ἢ Θεοῦ υἱόν. i. e. *Imo illud quoque ignorat, Judæos nequaquam dicere, deſcenſurum Chriſtum qui Deus ſit, aut Dei Filius.* p. 35. edit. Cantab. p. 162.

Sed magis appoſite ad obſervationem noſtram ſcribit Tertullianus adv. Prax. ſub finem. *Cæterum Judaicæ Fidei iſta res, ſic unum Deum credere, ut Filium annumerare ei nolis, & poſt Filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos &* (10)

illos nisi differentia ista? Quid opus Evangelii, quæ est substantia Novi Test. statuens Legem & Prophetas usque ad Johannem, si non exinde Pater & Filius & Spiritus tres crediti, unum Deum sistunt? sic Deus voluit novare Sacramentum, ut nove unus crederetur per Filium & Spiritum. Ut coram jam Deus in suis propriis nominibus & personis cognosceretur, qui & retro per Filium & Spiritum prædicatus non intelligebatur. Viderint igitur Antichristi, *qui negant Patrem & Filium, &c.* Appositissima autem sunt, quæ habet Novatianus lib. de Trin. cap. 23. ubi ad locum Johannis cap. 8. com. 14, 15. *Etsi ego de me Testificor, verum est testimonium meum; quia scio unde venerim, & quo eam; vos ignoratis unde venerim, & quo eam; vos secundum carnem judicatis*; hæc annotat sane egregia: *Ecce & hic illuc se dicit rediturum, unde se testificatur ante venisse: missum scil. de cœlo. Descendit ergo unde venit, quomodo illuc vadit, unde descendit. Ex quo si homo tantummodo Christus esset, non inde venisset: veniendo autem unde homo venire non potest, Deum se ostendit venisse. Sed enim hujus ipsius Descensionis ignari & imperiti Judæi, Hæredes sibi Hæreticos istos reddiderunt; quibus dicitur, vos ignoratis unde veniam, & quo eam: vos secundum carnem judicatis. Tam isti quam Judæi, carnalem solum esse Christi Nativitatem tenentes, nihil aliud Christum esse quam hominem crediderunt; non considerantes illud, quoniam cum de cœlo homo non potuerit venire, ut merito illuc possit redire, Deum esse, qui inde descenderit, unde homo venire non potuerit.* Itaque

Itaque Auctor Epistolæ ad Heronem Diaconum, Ignatio adscriptæ (quisquis ille fuerit) in hoc saltem audiri meruit, quod hæresin eorum, qui Christi Divinitatem negant, tanquam Judaicam impietatem ac blasphemiam condemnet his verbis: εἴτις ἄνθρωπον ψιλὸν λέγει τὸν κύριον Ἰουδαῖος ἐστὶ Χριστοκτόνος, i. e. *Si quis hominem nudum dicit Dominum, Judæus est, Christi occisor.* Consimilia habet idem, ut videtur, Auctor in Epist. ad Antiochenos, ubi ipsos jubet, πᾶσαν Ἰουδαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἀποῤῥίψαι πλάνην· καὶ μήτε πλῆθος Θεῶν ἐπεισάγειν, μήτε τὸν Χριστὸν ἀρνεῖσθαι προφάσει τοῦ ἑνὸς Θεοῦ. i. e. *Omnem Judaicam & Gentilem errorem abjicere, & neque multitudinem Deorum introducere, neque Christum prætextu unius Dei negare.* Et paucis interjectis addit: πᾶς οὖν ὅστις ἕνα καὶ μόνον παραγγέλλει Θεὸν, ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ Χριστοῦ Θεότητος, ἐστὶ διάβολος καὶ ἐχθρὸς πάσης δικαιοσύνης. i. e. *Omnis igitur qui unum annuntiat Deum in interemptione Divinitatis Christi, Filius est Diaboli & inimicus omnis justitiæ.* (11.)

Denique sensum hic Primævæ Ecclesiæ Catholicæ optime, pro more suo, expressit magnus Athanasius in Orat. cont. Gregales Sabellii non procul ab initio: Πολλὰ καὶ μεγάλα (inquit) κατὰ τῶν εἰδωλολατρούντων ἔχουσι λέγειν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ δίκαια λέγουσι, κατηγοροῦντες αὐτῶν τῇ κτίσει λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα· ἀλλ' οὐχ' ὅτι δυσσέβειαν ἐλέγχουσι διὰ τοῦτο εὐσεβεῖν ὁμολογηθήσονται, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα σεβομένοις ἐγκαλοῦντες πολυθεότητα· διόπερ ἐξεληλύθαμεν ἐξ Ἑλλήνων καὶ ἀφωρίσμεθα πρὸς τὸ μὴ ταῖς ἀκαθάρτοις εἰδωλολατρείαις ἀναμίγνυσθαι· ἐξεληλύθαμεν δὲ καὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων βλασφημίας, τὸν υἱὸν (12.)

ὁμολογήσαντες τοῦ Θεοῦ· i. e. *Multa & magnifica habent Judæi, quæ contra Idololatras dicant, & justa dicunt, cum eos execrantur, quod creaturæ potius quam Creatori inserviant. Sed tamen non ideo quia impietatem istam incessunt, pro piis sunt habendi, dum Filium Dei, per quem omnia creata sunt, inficiantur, iisque qui per ipsum Patrem venerantur, pluralitatem Deorum objectant. Quapropter ab Ethnicis recessimus & segregati sumus, ne impuris Idololatriis admisceremur. Discessimus quoque à Judæorum Blasphemia, dum Filium Dei agnoscimus.* Deinde paucis interjectis addit: Χωριζόμεθα δὲ καὶ τῶν Ιουδαϊζόντων καὶ τὴν Χριστιανισμὸν ἐν Ιουδαϊσμῷ παραφθειρόντων, οἱ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεὸν ἀρνούμενοι, Θεὸν ἕνα παραπλησίως Ιουδαίοις λέγουσι· οὐχ ὅτι μόνος ἀγένητος, καὶ μόνος πηγὴ θεότητος, διὰ τοῦτο φάσκοντες αὐτὸν εἶναι μόνον Θεὸν, ἀλλ' ὡς ἄγονον υἱοῦ καὶ ἄκαρπον ζῶντος λόγου καὶ σοφίας ἀληθινῆς. i. e. *Disjungimus quoque à Judaizantibus, qui Christianismum Judaismo corrumpunt, quique Deum ex Deo inficiantes, Deum unum itidem ut Judæi prædicant: non ideo dicentes ipsum solum esse Deum, quod solus sit ingenitus & fons Deitatis, sed quasi Filio careret, & sterilis ac vacuus esset* vivo *verbo ac sapientia vera.* Quæ sequuntur apud Athanasium lectu sane dignissima sunt, utpote in quibus ex loco Johannis Evangelistæ cap. 1. com. 1 & ex ipsa ratione egregie probat vir prope divinus, impossibile esse, ut Deus unus recte concipiatur sensu Judæorum & Judaizantium Hæreticorum, hoc est ita unus ut sit μονοπρόσωπος, cum necesse sit, ut Deus, qui est mens æterna, in & apud se habeat λόγον verbum suum, idque non

quale

quale humanum eſt, ſed vivens ac ſubſiſtens: quod eo ipſo quod verbum ſit vivens ac ſubſiſtens, perſona ſit; & quod Verbum ex Deo Patre ſit, Divina Perſona ſit à Patre diſtincta: & tamen eo quod Verbum ſit in Patre & Patris Verbum, unus ſit cum Patre Deus. Sed iſta non ſunt hujus loci.

Cæterum ad Judæorum de Meſſia ſententiam quod attinet, priuſquam hoc caput claudam, non abs re fortaſſe erit ὡς ἐν παρέργῳ notaſſe ipſorum quidem Prophetas paſſim in ſcriptis ſuis non obſcure ſignificaſſe, Meſſiam ſive Chriſtum Deum ſimul & hominem futurum, prout inter veteres ab Juſtino Martyre in Dial. cum Tryph. Judæo pluribus oſtenſum eſt. Neque hoc prorſus ignoraſſe perſpicaciores nonnullos ex Hæbræorum magiſtris, abunde demonſtravit nobiliſſimus & doctiſſimus Pleſſiaci Dominus in lib. de ver. Rel. Chriſt. cap. 28. Nihilominus conſtat, Judæos, etiam Chriſti temporibus, maximam partem, πλωχῶς καὶ παπεινῶς humiliter admodum atque abjecte de Meſſia ſuo ſenſiſſe, nihil aliud quam hominem ipſum futurum exiſtimantes. Quippe legimus Math. 22. com. 42. Sanctiſſimum Jeſum noſtrum captioſos Phariſæos capere volentem, ita ipſos interrogaſſe: *Quid vobis videtur de Chriſto illo? cujus Filius eſt?* Reſpondiſſe vero Phariſæos, *Davidis filium*; (quippe Meſſiam expectabant, qui purus putus eſſet Davidis filius, de Filio Dei ne ſomniarunt quidem) deinde Dominum urſiſſe ipſos hoc ænigmate com. 43, 44, 45. *Quomodo ergo David per Spiritum vocat eum Dominum dicens: dixit Dominus Domino meo, &c. Si ergo* (13.)

David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt? Atque huic quæſtioni reſpondere potuiſſe è Phariſæis neminem com. 46. At certe ſi Phariſæi de Meſſiæ divinitate quicquam cogitaſſent, hujus ænigmatis ſolutio in promptu iis fuiſſet; dicere enim potuiſſent, Chriſtum Davidis quidem filium futurum, quod ad carnem attinet, ipſius vero Dominum, ſi natura ejus divina reſpiciatur.

Hæc autem Judæorum ſententia dubio procul originem habuit à craſſo & carnali illo Meſſiæ conceptu, quem Gens carni terræque affixa in animo ſibi formaverat. Expectabant enim pro Meſſia regem quendam glorioſum, vi & opibus & armis præpollentem, qui ſceptrum ſuum adeoque Judaicam Gentem ſuper omnia orbis terrarum imperia eveheret, devictiſque omnibus populi ſui hoſtibus, Romaque imprimis ſuperba ſede ſua dominatrice dejecta, ejus loco Hieroſolymas, velut totius mundi metropolin, conſtitueret. Meſſiæ autem, qui talis eſſet, quid opus erat divinitate? Iſta certe omnia à Cyro, Alexandro, aut Cæſare aliquo, adſpirante Dei providentia, præſtari poterant. Quid quod mundanum hujuſmodi imperium Deo prorſus indignum erat? Nihil itaque mirum, ſi talia de Meſſia cogitantes Judæi, Divinam in ipſo naturam nullam agnoverint.

(14.) Verum enim vero admirationem plane omnem excedit, inter Chriſtianos, de Chriſto ſuo longe ſanctiora ac ſublimiora per Evangelium clariſſime edoctos, vel hodie reperiri, vel unquam repertos fuiſſe, qui nudum ipſum hominem aut meram eſſe creaturam ſuſpicarentur. Ut enim taceam

ceam N. T. loca, quæ θεολογίαν ejus immediate respiciunt, in quibus scil. Dei Filius & Deus ante sæcula, per quem omnia facta sint, prædicatur; (loca sane tot ac tam diserta, ut dedita opera cæcutiat necesse sit, qui eorum lucem non videat) etiam ea, quæ de οἰκονομίᾳ ejus dicuntur, quæque ad ipsius sive officium sive honorem pertinent, qua Messias, Christus & Mediator noster est, certe plusquam hominem aut creaturam sonant. Οἰκονομίᾳ quæ ipsi tribuitur θεολογίαν necessario (ut loquuntur) præsupponit, ipsamque omnino statuit. Quid enim? Messiam sive Christum prædicant sacræ nostræ literæ, & credere nos profitemur omnes, qui sit animarum sospitator; qui nobis sit *Sapientia, Justitia, Sanctificatio, ac redemptio*, hoc est, nos sapientes, justos, sanctos ac tandem perfecte beatos efficiat; qui preces suorum ubivis sacrosanctum ejus nomen invocantium illico exaudiat, adeoque omnipræsens, omniscius, & καρδιογνώστης sit; qui Ecclesiæ suæ per universum terrarum orbem disseminatæ, semper præsto sit, ac vi sua omnipotente ita eam tueatur ac protegat, ut contra ipsam nihil Terræ potestates, nihil inferorum portæ quicquam valeant; qui Deo Patri συνθρονος & in eadem sede collocatus sit, non modo ab hominibus nobis humi repentibus, sed ab ipsis Angelis atque Archangelis atque universo orbe supercælesti Divino cultu adorandus; qui denique in exitu mundi, immensa gloria ac majestate refulgens, Angelis Ministris stipatus, veniet orbem judicaturus, non modo facta omnia, sed & cordis secreta omnium, quotquot unquam fuere, hominum in lucem proditurus, inimicos suos ad

Tartarum uſque relegaturus, ipſi vero credentes, legique ipſius obſequentes, non opibus, non honoribus, non voluptatibus terrenis, ſed cœleſti gloria vitaque ipſa æterna donaturus. Hæccine omnia in purum putum hominem aut creaturam aliquam poſſe competere? Fidenter dico, qui ita ſentiat, non modo contra Fidem, ſed & rationem ipſam inſanire. Verum hæc obiter; è diverticulo in viam redeo.

Sat multis jam, ut arbitror, Veterum teſtimoniis temerariam Epiſcopii aſſertionem obruimus; ad alia igitur nunc progrediamur.

CAP. II.

Di iis qui primo Chriſtianiſmi ſæculo doctrinam Evangelii de Chriſto ἀνθρώπῳ impugnarunt.

(1.) AD Hiſtoriam Eccleſiaſticam accedimus, quam quiſquis conſuluerit, is mirabitur, nullus dubito, qua fiducia Epiſcopius adfirmare potuerit, *In primitivis Eccleſiis, quæ ab ipſis uſque Apoſtolorum temporibus, ſaltem per tria integra ſæcula fuerunt, Fidem, ac profeſſionem ſpecialis iſtius modi Filiationis Jeſu Chriſti* (quo nempe ante omnia ſæcula Filius Dei & Deus ſtatuitur) *ad ſalutem neceſſariam non fuiſſe judicatam.* Certe enim hæc ejus aſſertio fidei hiſtoriæ omnis Eccleſiaſticæ repugnat. Quod ut manifeſtum fiat, repe-

repetendum eſt hic, quod hujus Diſſertationis initio præmonuimus, nempe Primævam Eccleſiam haud alia certiori ratione declarare potuiſſe judicium ſuum de neceſſitate credendi articulum aliquem Religionis noſtræ, quam eos qui ipſum negarent, à communione ſua prorſus rejiciendo. Nimirum Anathema Eccleſiæ à Chriſtianis olim habitum fuit pro *ſummo futuri Judicii præjudicio*, ut Tertullianus *alicubi loquitur, adeoque quos extra parietes ſuos Eccleſia penitus ejecerat, ii, uſque dum reſipiſcerent ac pacem Eccleſiæ peterent, etiam extra ſtatum ſalutis fuiſſe judicabantur; juxta tritum illud, *Extra Eccleſiam nulla ſalus*. Ac profecto Epiſcopius ipſe, cum ſuam quæſtionem ita proponit, *An quintus iſte modus Filiationis Jeſu Chriſti, ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſarius ſit, iiſque qui illum negant, Anathema dicendum ſit*? eo ipſo non obſcure fatetur, Anathema alicui dicere ob dogmatis alicujus negationem tantundem eſſe atque dogma illud ad ſalutem ſcitu & creditu neceſſarium judicare & pronuntiare. Si itaque Primitivæ Eccleſiæ Anathema dixerunt iis, qui quintum iſtum modum Filiationis Jeſu Chriſti negarent; tum modum iſtum ad ſalutem ſcitu & creditu neceſſarium judicaſſe omnino cenſendæ ſunt, ipſo Epiſcopio fatente. Ex Hiſtoria autem Eccleſiaſtica liquido conſtat, neminem unquam per tria prima ſæcula negaſſe modum iſtum Filiationis Jeſu Chriſti, quo nempe ante omnia ſæcula ex ipſo Deo Patre genitus fuerit Deus ex Deo, quin ipſi propterea, niſi mature Palinodiam caneret, & ſuam ipſe hæreſin damnaret, Anathema dixerit Eccleſia, hoc eſt,

* Apol. c. 39.

com-

communione ſua omni interdixerit, tanquam extraneo atque à corpore Chriſti alieno: id quod in hoc & ſequenti capite demonſtrandum ſuſcipimus.

(2.) Impietatis illius, quæ ſervatoris noſtri Divinitatem negat, principes & Architecti fuere Cerinthus & Ebion, qui in ipſo ævo Apoſtolico Chriſti Eccleſiam vexarunt. Hoc ſolum Cerinthi inter & Ebionis ſententiam de domino Jeſu diſcrimen erat, quod ille Jeſum à Chriſto ſeparabat, & Jeſum quidem merum fuiſſe hominem, Joſephi & Mariæ filium, ſtatuebat, in quem Chriſtus ex ſuperioribus deſcenderit poſt baptiſmum ejus, atque inſtante paſſione ab ipſo receſſerit, atque ad ſuum pleroma reverſus fuerit; Ebion vero (quippe nomen id hominis fuiſſe, qui in Aſia imprimis hæreſin ſuam ſparſit, quanquam aliter ſentiant viri quidam eruditi, infra oſtendemus) Jeſum eundem eſſe atque Chriſtum, & Jeſum Chriſtum, Joſephi & Mariæ filium, ab ipſo initio uſque ad vitæ exitum, nihil aliud quam hominem fuiſſe affirmabat. Quod diſcrimen ex Iræneo diſcimus, qui libro 1. cap. 25 Cerinthi dogmata his verbis explicat: *Cerinthus autem quidam in Aſia, non a primo Deo factum eſſe mundum docuit, ſed à virtute quadam valde ſeparata & diſtante ab ea Principalitate, quæ eſt ſuper univerſa, & ignorante eum, qui eſt ſuper omnia, Deum. Jeſum autem ſubjecit, non ex Virgine natum (impoſſible enim hoc ei viſum eſt) fuiſſe autem eum Joſephi & Mariæ filium, ſimiliter ut reliqui omnes homines, & plus potuiſſe juſtitia & prudentia & ſapientia * præ omnibus: & poſt baptiſmum*

* Al. hominibus.

baptiſmum deſcendiſſe in eum Chriſtum, ab ea principalitate quæ eſt ſuper omnia, figura Columbæ; & tunc annuntiaſſe incognitum Patrem, & virtutes perfeciſſe; in fine autem revolaſſe iterum Chriſtum de Jeſu: & Jeſum paſſum eſſe & reſurrexiſſe, Chriſtum autem impaſſibilem perſeveraſſe, exiſtentem Spiritualem. Deinde capite proxime ſequenti in ipſo initio ſic de Ebionæis ſcribit: *Qui autem dicuntur Ebionæi, conſentiunt quidem mundum à Deo factum; ea autem quæ ſunt erga Dominum, non ſimiliter ut Cerinthus & Carpocrates opinantur*: Ubi ſi receptam lectionem ſequimur, duplicem differentiam manifeſte ſtatuit Irenæus inter Cerinthi & Ebionæorum placita, alteram de mundi creatione ſive de Deo Creatore, de Jeſu domino noſtro alteram. Cerinthus voluit mundun non à primo Deo, ſed à poteſtate aliqua ipſo inferiore, factum fuiſſe; Ebionæi vero ab ipſo primo Deo, ſummo omnium Principio, condita fuiſſe univerſa fatebantur. Rurſus Cerinthus docuit, Chriſtum neſcio quem, à ſumma illa Principalitate, quæ eſt ſuper mundi conditorem, in Jeſum poſt baptiſmum ejus ad tempus deſcendiſſe; at Ebionæi nullam ejuſmodi Principalitatem agnoverunt, proinde neque Chriſtum aliquem, qui ab illa Principalitate in Jeſum aliquando veniret. Quod ſi textum movendum velis, & cum viro doctiſſimo pro *non ſimiliter*, legendum *conſimiliter*, tum etiam ſenſus Irenæi erit, Ebionæos hactenus quidem conſimiliter Cerintho ſenſiſſe, quod Jeſum ex Joſepho & Maria nudum hominem natum fuiſſe docuerint, (quemadmodum quidem aliis locis ſupra à nobis adductis

adductis ipſe Irenæus teſtatur) quanquam alterum de Domino Cerinthi figmentum reſpuerent. Ac ſane quomodo potuerunt commentum illud de Chriſto aliquo, à Principalitate quæ eſt ſuper Mundi Conditorem in Jeſum deſcendente, recipere, qui mundum ab ipſo ſummo Deo conditum fuiſſe docerent? Hoc autem docuiſſe Ebionem, præter Irenæum, Tertullianus etiam aperte teſtatur de Præſcrip. adv. Hæreſ. cap. 48. his verbis *Hujus (Cerinthi) ſucceſſor Hebion fuit, Cerintho non in omni parte conſentiens, quod à Deo dicat mundum, non ab Angelis factum.* Atque hæc de primis Ebionæis ſcripſerunt Irenæus & Tertullianus: Poſterior ætas duo vid t Ebionærum genera, alios qui Domini noſtri tum Divinitatem tum ex Virgine nativitatem negabant; alios qui cum Chriſtum Deum eſſe inficiarentur, tamen ex Maria Virgine per Spiritum S. conceptum ac natum fuiſſe, cum Catholicis fatebantur, de quibus infra agemus.

(3.) Cæterum ad commune dogma quod attinet, Cerinthi & Ebionis, nempe Jeſum ſervatorem noſtrum hominem eſſe nudum, non verum Dei Filium ante omnia ſæcula ex ipſo Deo Patre natum; quam execrabile illud viſum fuerit Apoſtolicæ eique proximæ Eccleſiæ, quamque alieni ab Eccleſia Chriſti adeoque à ſalute per Chriſtum in primis ſæculis habiti fuerint, qui id ipſum docerent, jam ſupra ex Ignatii & Irenæi ſcriptis ſatis luculenter oſtendimus. Quibus & illud hic addendum, quod Hieronymus ex Veterum monumentis refert, *Johannem Apoſtolum Evangelium ſcripſiſſe, rogatum ab Aſiæ Epiſcopis, adverſus Cerinthum,*

Catal. Scrip. Eccl. in Johanne.

thum, alioſque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt, Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Ac de Cerintho quidem cum Hieronymo conſentit Irenæus lib. 3. cap. 11. Ubi diſerte ſcribit, Johannem Apoſtolum, *voluiſſe per Evangelii annuntiationem auferre eum, qui à Cerintho inſeminatus erat hominibus errorem.* Unde colligere eſt, Epiſcopos Aſiæ (nempe earum partium in quibus Cerinthus & Ebion primum docuerunt) ſimulatque Hæreticos iſtos in Eccleſias ſuas irrupiſſe, ſeu irrepſiſſe potius, intellexiſſent, mox indicta Synodo, tanquam bonos paſtores ὅπως λυμεῶνας ἀπὸ τῆς χειρὸς ποίμνης *adverſus gregis Dominici vaſtatores* (ut de Concilio Antiocheno adverſus Paulum Samoſatenum congregato loquitur Euſebius) ſimul omnes conveniſſe; initiſque mutuis conſiliis, quo pacto hæreſes indies gliſcentes mature reprimerent, mox imploraſſe opem atque auxilium Johannis Apoſtoli tunc in vivis, qui hac occaſione, * ſimulque ut priorum Evangeliſtarum τὰ ἀβλεπόμενα ſuppleret, Evangelium ſuum conſcripſit; cujus initio Cerinthi & Ebionis aliorumque ejus ſæculi Hæreticorum deliramenta Apoſtolica ſua authoritate *circumſcripſit* (ut in loco proxime citato loquitur Irenæus) *& regulam veritatis deinceps in Eccleſia conſtituit.* H. E. l. 7. c. 27.

* Vide Hieronymum ubi ſupra.

Ac profecto quiſquis in primæ ætatis Hæreſiologia mediocriter verſatus, exordium Evangelii Johannis attente legerit, is ſtatim perſpiciat neceſſe eſt, Apoſtolum ibi Hæreticos iſtos omnes quaſi digito monſtraſſe, impiaque ipſorum dogmata gladio ſuo Apoſtolico transfigere. Divinam Servatoris noſtri naturam, adverſus Cerinthum & Ebionem (4.)

onem adſtruit v. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Verbum erat Deus.* Erat Verbum in principio, nedum igitur ante Joſephum & Mariam, & Deus erat, non itaque ψιλὸς ἄνθρωπος *purus putus homo.* Dogma Cerinthi & aliorum ante ipſum Hæreticorum de Creatione mundi reſpicit Evangeliſta v. 3. *Omnia per ipſum* (Verbum) *facta ſunt.* Scilicet Hæretici iſti, ut paulo ſuperius in hoc capite obſervatum eſt, dicebant, hunc mundum ab inferioribus poteſtatibus à ſummo Deo longe remotis ac prorſus alienis, idque ſummi Dei ingratiis conditum fuiſſe. Contra vero docet Evangeliſta, omnia per Verbum, qui apud Deum erat & Deus ipſe erat, facta fuiſſe. In eodem commate contra eoſdem Hæreticos addit. *Et abſque eo factum eſt nihil, quod factum fuit.* Quæ verba, qui intentionem Apoſtoli non attenderit, nihil aliud quam inanem παυτολογίαν continere ſuſpicetur. Sed nimirum Hæretici iſti (ut rectè Grotius) alium volebant opificem eorum quæ cernimus, ſive Mundi hujus aſpectabilis; alios rerum invisibilium, & quæ ſuper hunc mundum ſunt, in ſuo quemque pleromate; nihil igitur eorum quæ facta ſunt, ex operibus τῷ λόγῳ excipit Johannes. Rurſus eoſdem Hæreticos manifeſtiſſime ferit Evangeliſta v. 10, 11. *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit:* * *in ſua venit, & ſui ipſum non receperunt.* Scil. Cerinthi & aliorum omnium Hæreticorum, qui mundi hujus conditorem à ſummo Deo ſeparabant, hæc fuit notiſſima ſententia, Chriſtum Servatorem noſtrum à ſumma omnium Principalitate in hunc mundum veniſſe,

* Gr. εἰς τὰ ἴδια. i. e. tanquam indomum ſuam. Vide Joh. 16. 32. & 19. 27. Luc. 2, 49. & Nic. Fuller in loc. miſc. S. lib. 4 c. 17. & Act. 21. 6.

veniſſe tanquam in alienum opus; idque ut homines à dominio ac ſervitute conditoris univerſi, in neſcio quam libertatem (licentiam rectius dixeris) vindicaret. Adverſus hos docet Apoſtolus Dei verbum & Filium ſervatorem noſtrum, à Patre ſuo veniſſe in hunc mundum, ut in domum & opus ſuum, ab ipſo ſcil. conditum & factum, idque, ſicut mox ſequitur v. 12, 13. ut eos qui ipſum reciperent, in veram libertatem & adoptionem filiorum Dei aſſereret; quanquam ingrati homines, maximam partem, hunc Creatorem ac Redemptorem ſuum non agnoverint. Hanc eſſe veram ac genuinam Apoſtoli in verbis illis mentem ac ſententiam mihi perſuaſiſſimum eſt; atque adeo ita ea intellexit Irenæus lib. 3. cap. 11. Ubi citato loco hæc annotat: *Secundum autem Marcionem & eos qui ſimiles ſunt ei*, (nempe Cerinthum alioſque Marcionis præcurſores, quos præcoquos & abortivos Marcionitas vocat Tertullianus Adv. Marc. lib. 3. c. 8.) *Neque mundus per eum factus eſt, neque in ſua venit, ſed in aliena.* Sic & lib. 5. cap. 18. Ait Johannem in Evangelii ſui initio, *manifeſte oſtendere audire volentibus, id eſt aures habentibus, quoniam unus Deus Pater ſuper omnes, & unum verbum Dei per quod omnes, per quem omnia facta ſunt, & quoniam hic Mundus proprius ipſius & per ipſum factus eſt voluntate Patris & non per Angelos, neque per Apoſtaſiam & defectionem & ignorantiam*, &c. Porro contra Simonianos, Saturnianos, alioſque Docetas docet Apoſtolum, Verbum ſive Filium Dei vere incarnatum atque hominem factum fuiſſe v. 14. *Et Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis.*

Vide & Novatianum de Trin. cap. 14.

& habitavit inter nos, & ſpectavimus gloriam ejus, tanquam unigeniti à Patre &c. Quin & hac una ſententia omnes ſui ſæculi Hæreticos concluſit Evangeliſta, ſiquidem *ſecundum nullam ſententiam Hæreticorum Verbum Dei caro factum eſt*, ut vere dixit Irenæus loco jam ſæpius laudato nempe lib. 3. cap. 11. Nam Hæretici, quicunque de perſona Domini Jeſu tunc temporis falſi aliquid commenti ſunt, omnes (ut ſupra alicubi notavimus) in duas claſſes diſpertiri poſſunt. Altera erat Phantaſiaſtarum, qui manifeſtam in Servatore noſtro Divinitatem agnoſcentes, humanam ipſi naturam abſtulerunt, conjunctionem Dei cum homine divina Majeſtate prorſus indignam exiſtimantes. De quibus præclare ſcripſit Novatianus lib. de Trin. cap. 18. *Alii quoque Hæretici uſque adeo Chriſti manifeſtam amplexati ſunt Divinitatem, ut dixerint illum fuiſſe ſine carne, & totum illi ſuſceptum detraxerint hominem, ne decoquerent in illo Divini nominis poteſtatem, ſi humanam illi ſociaſſent, ut arbitrabantur, natrvitatem. Quod tamen nos non probamus, ſed argumentum afferimus, uſque adeo Chriſtum eſſe Deum, ut quidam illum ſubtracto homine tantummodo putarint Deum.* Altera claſſis Hæreticorum, ex contraria parte, naturam in Jeſu noſtro tantummodo humanam agnoſcebant, ut Cerinthiani & Ebionæi. Utrinque autem verbum Dei carnem factum, h. e. Chriſtum Deum & hominem, negatum fuiſſe nimis manifeſtum eſt. Denique Hæreſim, quæ Cerinthi & Ebionis communis fuit, de obſervatione legis Moſaicæ tanquam ad ſalutem neceſſaria, in tranſcurſu (ut notavit

Tertullianus quoque notat Hæreticos iſtos *negaſſe Chriſtum in carne veniſſe, quoniam incredibile præſumpſerant Deum carnem factum.* Adverſ. Marc. lib. 3. c. 8.

notavit Grotius) confodit Apostolus v. 17. *Lex per Mosen data, gratia vero & veritas per Jesum Christum facta.*

Cæterum eosdem Hæreticos in Epistola quoque (5.)
prima manifeste ferit Sanctus Apostolus, eosque omnes uno nomine *Antichristos* vocat, ut ab Irenæo, Tertulliano, aliisque veterum observatum fuit. Atque initium quidem Epistolæ omnino conforme est exordio Evangelii Johannis, siquidem in utroque ὁ θεολόγος magnum illud pietatis mysterium, de Deo in carne manifestato, pandit referatque, servatoris nostri tum θεολογίαν tum οἰκονομίαν non exigua verborum pompa explicans. De Evangelio constat; Epistola autem sic incipit: *Quod erat à principio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectavimus, & manus nostræ contrectarunt de Verbo illo Vitæ*; (*nam Vita illa conspicua facta est, & illam vidimus & testamur & annuntiamus vobis vitam illam æternam, quæ erat apud Patrem & conspicua facta est nobis*) *Quod* (*inquam*) *vidimus & audivimus, id annuntiamus vobis*, &c. Ubi contra Docetas qui negabant servatorem nostrum verum fuisse hominem, affirmat Johannes, se cæterosque Apostolos τὸν λόγον τῆς ζωῆς verbum vitæ seu vivificum, & audivisse & ipsissimis oculis suis vidisse, & manibus quoque contrectasse; sensus omnes idoneos in testimonium vocans veræ ejus ἐνσαρκώσεως. Adversus eos autem, qui Dominum Jesum affirmabant merum fuisse hominem, docet Apostolus τὸν λόγον fuisse ἀπ' ἀρχῆς ab initio (scil. Creationis ut Gen. 1. v. 1. & Joh. 1. v. 1.) proinde non tum demum existere cœpisse, cum ex

Maria natus fuerit. Adverſus eoſdem itidem aſ-
ſerit τὸν ζωὴν, τὴν ξωὴν αἰώνιον vitam illam, vitam
æternam (nempe ὁ λόγον rurſus, ut Jo. 1. 4. & 1
Joh. 5. 20.) fuiſſe prius πρὸς τὸν πατέρα apud Patrem
(idem quod πρὸς Θεὸν Joh. 1. 1.) poſtea vero, in
aſſumpta ſcil. carne, conſpicuem fuiſſe factum ho-
minibus. Eſt hic hujus loci ſenſus ſimplex &
apertus adeoque in veteri Eccleſia receptus, u
nos docet Tertullianus in libro adv. Praxean. cap
15. Novitia autem interpretatio eorum, qui τὸν λό-
γον τῆς ζωῆς per Evangelium ſive doctrinam de vit
immortali exponunt, ſane perabſurda eſt. U
enim alia taceam, quæ huic commento repugnan
qualis, quæſo, erit hic ſenſus, Apoſtolos Evange
lium non modo audiviſſe, ſed & hiſce oculis ſu
vidiſſe, hiſce manibus contrectaſſe?

(6.) In capite ſecundo ejuſdem Epiſtolæ, poſtquam
fideles monuiſſet Apoſtolus, multos jam tum fu
iſſe Antichriſtos, eoſque ex ipſo Apoſtolicæ Ec
cleſiæ gremio profectos v. 18, 19. (Antichriſto
autem vocat Hæreticos, qui de perſona Jeſu Chri
ſti falſa atque impia docuerunt) deinde eorum
aliquos ſuis propriis characteribus deſignat v. 22
23. *Quis eſt mendax, niſi qui negat Jeſum eſſe Chri
ſtum? hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem &
Filium; omnis qui negat Filium, nec Patrem ha
bet.* Inter primi ſæculi Hæreticos, Chriſtianum
nomen ementientes, fuere (quod mirum videa
tur) qui Jeſum eſſe Chriſtum negabant. Nimi
rum Cerinthiani, ut initio hujus capitis ex Ire
næo oſtendimus, Jeſum à Chriſto ſeparabant, ali
um eſſe Jeſum, alium Chriſtum docentes. Unde
Epiphanius Hæreſ. 28. quæ eſt Cerinthianorum

diſcre-

diſerte teſtatur, docuiſſe ipſos, ὁ μὴ Ἰησοῦν εἶναι Χριστὸν *Jeſum minime eſſe Chriſtum.* In hos Hæreticos directa fuiſſe hæc Johannis verba, *Quis eſt mendax, niſi qui negat Jeſum eſſe Chriſtum?* ut & illa cap. 5. v. 1. *Omnis qui credit, quod Jeſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt,* nos docet optimus Apoſtoli interpres Irenæus lib. 3. cap. 18. Ac profecto alios in quos loca iſta aptius quadrent, fruſtra quæſiveris. Nam de profeſſis Religionis noſtræ adverſariis, qui negarent Jeſum eſſe Chriſtum ſive Meſſiam à Prophetis prænuntiatum, aliumque Meſſiam expectandum docerent, non loqui Apoſtolum, ſed de Pſeudoprophetis ſub Chriſtianæ profeſſionis larva fallentibus, ex contextu apertiſſimum eſt. Sequentia Apoſtoli verba; *Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium; omnis qui negat Filium, nec Patrem habet*; commune Cerinthi & Ebionis dogma ſatis manifeſte perſtringunt. Nam illi ambo Jeſum eſſe verum Dei Filium ante Mariam adeoque ante res omnes creatas ex Deo Patre natum, omnino negabant; ac proinde, Apoſtolo judice, neque Deum Patrem revera confeſſi ſunt; ſiquidem à revelato Evangelio, nemo poteſt Deum Patrem rite colere aut credere, niſi qui Deum Filium ſimul amplectatur.

Rurſus in quarto Epiſtolæ capite com. 1. contra Hæreticos ſui temporis Chriſtianos munit Chriſti Apoſtolus his verbis: *Dilecti ne cuivis Spiritui credite, ſed probate Spiritus, an ex Deo ſint: nam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum.* In ſequentibus vero duo κριτήρια proponit, quibus Pſeudoprophetæ iſti dignoſcerentur; quo-

rum alterum ad Docetas manifeste pertinet, ad Cerinthianos & Ebionæos alterum. Docetæ indicantur v. 2, 3. *In hoc cognoscite Dei Spiritum, omnis Spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Omnis vero Spiritus qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo non est; sed hic est ille Spiritus Antichristi, quem audistis venturum fuisse, & qui jam nunc in mundo est.* In quem Apostoli locum ἀξιόπιστον habemus Interpretem, nempe Polycarpum Johannis discipulum, qui in Epist. ad Philippenses, partem loci posteriorem citat, eamque non de apertis Christianismi hostibus, qui negarent Jesum esse verum Messiam, eo scil. quod in carne h. e. statu humili venisset, (ut Apostolum perperam omnino intellexit Grotius) sed de Hæreticis Christianum nomen professis diserte exponit. Nam postquam ibi Philippenses adhortatus fuisset vir Apostolicus ut Domino Jesu cum timore & omni reverentia servirent, continuo subdit: ζηλωτὰ ὄντες τοῦ καλοῦ, ἀπεχόμενοι σκανδάλων, καὶ τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, ὅτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους. πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· i. e. juxta veterem vulgatum Interpretem *Zelantes bona, abstinentes à scandalis, & falsis fratribus, & qui in hypocrisi portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanes homines.* Omnis enim qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, Antichristus est; *& qui non confitetur Martyrium Crucis, ex Diabolo est.* Itaque falsi erant fratres, Christianum nomen præ se ferentes

qui

qui negabant Jesum Christum in carne venisse. Quod etiam satis manifestum est, ex scopo Johannis Apostoli, notas & indicia tradentis, quibus Pseudoprophetas istos ab orthodoxis Doctoribus fideles discernerent. Quid enim notis opus erat, ad dignoscendos apertos & professos Religionis Christianæ hostes? Quinam vero fuerint Hæretici isti, Christianissimum professi, qui negarent Jesum Christum in carne venisse, jam aliquoties monuimus. Scilicet Menander, Saturninus, aliique Docetæ primæ ætatis (quorum hæresim renovavit Marcion, tum cum Polycarpus ista scriberet) omnino negabant Dominum nostrum in vera carne humana venisse in hunc mundum, aut vere passum & crucifixum fuisse, adeoque ut loquitur Polycarpus, Martyrium crucis nequaquam confessi sunt.

Quam hæresim & alter quoque Johannis discipulus & familiaris Ignatius passim transfigit in Epistolis suis, maxime vero in illa ad Smyrnæos, quæ fere tota in perniciosum illud dogma collimat. Τί γάρ με (inquit ibidem) ὠφελεῖ τις εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸ δὲ κύριόν μου βλασφημεῖ μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται ὢν νεκροφόρος· i. e. Secundum Interpretem latinum Usserianum, *Quid enim juvat me quis, si me laudat, Dominum autem meum blasphemat, non confitens ipsum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipsum perfecte abnegavit, existens mortifer.* Ubi quis non videt hoc Ignatii, *non confiteri Dominum* σαρκοφόρον *carniferum*, plane idem esse quod illud Johannis *non confiteri Jesum Christum* ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα *qui in carne venit*, seu *in carne venisse?* (8.) Edit. Vos. p. 4.

niſſe? In eadem vero Epiſtola paulo ſuperius Docetarum hæreſim Catholicæ doctrinæ oppoſitam
p. 2. explicarat Ignatius his verbis: καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτὸν, οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες. i. e. *Et vere paſſus eſt* (*Dominus*) *ut & vere reſuſcitavit ſeipſum. Non quemadmodum infideles quidam dicunt, ſecundum videri ipſum paſſum eſſe, ipſi ſecundum videri exiſtentes.* Senſus eſt, qui docent Dominum noſtrum in Phantaſmate & ſpecie tantum hominem factum & paſſum fuiſſe, ipſi quidem in Phantaſmate & ſpecie tantum Chriſtiani habendi ſunt. Mox pauculis interjectis Phantaſiaſtas iſtos refellit, ex illuſtri hiſtoria de Jeſu poſt reſurrectionem diſcipulis ſuis, ac Thomæ imprimis, corpus ſuum atque infixa ipſi vulnera contrectanda exhibente, Ad quam hiſtoriam hæc
p. 3. annotat: καὶ οὐδὲς αὐτὸν ἥψαντο καὶ ὁπίστευσε, κραθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. i. e. *Et confeſtim ipſum tetigerunt, & crediderunt convicti carne ipſius & Spiritu,* Hoc eſt, eo experimento convicti, Dominum Jeſum & verum hominem & verum eſſe Deum crediderunt. Nam πνεῦμα Spiritus in Chriſto, præſertim ubi carni opponitur, ejus
Def. Fid. Nic. Sect. 1. c. 2. §. 5. τὴν θεῖαν φύσιν apud primæ ætatis ſcriptores ſignificat, ut alibi oſtendimus. Scilicet alludit manifeſte Ignatius ad confeſſionem Thomæ poſt viſa & contrectata Chriſti vulnera in has voces erumpentis, ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου *mi Domine & mi Deus.* Jo. 20. v. 28. Mox Hæreticos iſtos vir Sanctus vocat τὰ θηεία ἀνθρωπόμορφα beſtias Anthropomorphas, ſignificans, quod contra manifeſtam veritatem docuerint, Dominum noſtrum in phantaſmate

taſmate tantum fuiſſe hominem, dignos fuiſſe, qui ipſi non pro hominibus ratione præditis, ſed pro indutis forma hominum belluis, haberentur. Denique de iiſdem notat, quod à Cæna Domini prorſus abſtinuerint διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν. *Quod non confiterentur Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, pro peccatis noſtris paſſam.* Hoc eſt, non crediderunt Dominum verum hominem factum atque in cruce vere paſſum fuiſſe, (quod Polycarpo eſt *non confiteri Martyrium Crucis*) ac proinde Paſſionis Dominicæ memoriam celebrare noluerunt. Hæc duorum Johannis diſcipulorum luculentiſſima teſtimonia dubitare nos non ſinunt, quin Pſeudoprophetæ & Antichriſti, quos negaſſe dicit Apoſtolus Chriſtum in carne veniſſe, haud alii fuerint, quam Menander, Saturninus, Baſilides cæterique primi ſæculi Phantaſiaſtæ. Atque hos ſane in loco illo Apoſtolum ſignificaſſe, poſt Ignatium & Polycarpum notarunt Irenæus, Tertullianus, vetereſque, qui Apoſtolicæ ætati viciniores fuere, pene omnes. p. 5.

Cum Apoſtolo noſtro progrediamur, qui poſt aliqua in eodem capite, deinde alteram de perſona Chriſti hæreſim, Docetarum deliramento contrariam, ſuo etiam χαρακτηρισμῷ deſignat v. 15. *Quiſquis confeſſus fuerit Jeſum eſſe Filium Dei, Deus in eo habitat & ipſe in Deo.* Intelligendum relinquitur quod in priori nota expreſſum eſt, membrum oppoſitum. *Quiſquis vero confeſſus non fuerit, Jeſum eſſe Filium Dei, Deus in eo non habitat, neque ipſe in Deo.* Non eſt autem (9)

dubitandum, quin Apoſtolus his verbis confeſſionem exigat illius Filii Dei, quem ipſe ex parte ſupra in hac Epiſtola prædicaverat, & plenius in Evangelio ſuo declarat, nempe Filii Dei, qui ſit Dei Patris λόγος, qui in principio erat, & apud Deum erat, & Deus ipſe erat, per quem omnia facta ſunt, &c. Quibus elogiis verum & proprium Dei Filium, ante omnem creaturam ex ipſo Deo Patre natum, ſignificari Adverſarii quibuſcum nobis nunc controverſia eſt, non diffitentur, atque omnibus, qui in meridiana luce non cæcutiunt, manifeſtiſſimum eſt. Hujuſmodi vero Dei Filium Jeſum noſtrum eſſe, non confeſſus eſt Cerinthus, neque poſt ipſum Ebion, utroque docente, Jeſum merum eſſe hominem, qui ante Mariam non extiterit; proinde utrique, Apoſtoli ſententia, à Deo alieni erant. Et quia præ aliis maxime tunc creſceret Cerinthi hæreſis, ideo Apoſtolus fidem illam, qua creditur Jeſum eſſe Dei Filium, paſſim in hac Epiſtola commendat, urget, atque inculcat. Vide præter loca jam allata etiam cap. 3. v. 23. & 5. v. 5. 10, 11, 12, 13, 20. Hæ autem notæ, nempe quæ in hoc quarto & in ſecundo hujus Epiſtolæ capite traduntur, Fidelibus Apoſtolicæ ætatis omnino ſufficiebant, ad Hæreticos omnes, quicunque tunc temporis de perſona ſervatoris noſtri falſa atque impia docuerunt, diſcernendos. Earum hæc eſt ſumma, omnem Doctorem qui confeſſus fuerit unum Jeſum Chriſtum, verum Dei Filium, propter hominum ſalutem vere hominem factum, ex Deo eſſe; (nimirum ea parte, qua id confitetur ac docet, ut recte Eſtius) contra, pro Pſeudopropheta atque Anti-

Antichriſto habendum eſſe, quiſquis hoc confeſſus non fuerit. Sed iis notis maxime inſiſtit Apoſtolus, quæ Hæreticos deſignent, qui ſervatorem noſtrum vel verum hominem, vel verum eſſe Deum negarent; ut notavit Tertullianus de Præſcrip. adv. Hæreſ. c. 33. his verbis: *In Epiſtola eos maxime Antichriſtos vocat* (Johannes) *qui Chriſtum negarent in carne veniſſe, & qui non putarent Jeſum eſſe Filium Dei: illud Marcion,* (& ante eum Menander, Saturninus, & alii) *hoc Hebion vindicavit.* Hæc autem ideo fuſius perſecutus ſum, quod hinc non modo ex antiquiſſimorum Patrum monumentis, ſed etam ex ſcriptis Apoſtolicis omnibus liqueat, fuiſſe in ipſo Apoſtolorum ævo, qui Chriſti Domini noſtri Divinitatem negarent, quique eo nomine pro Hæreticis adeoque pro Antichriſtis (tantum aberat, ut fratres & vera Eccleſiæ membra cenſerentur) ab Apoſtolis habiti fuerint. Præterea hinc quoque clare elucet, doctrinam de Filii Dei ἐνσαρκώσει ſive de Chriſto θεανθρώπῳ vero Deo & vero homine, ut à naſcente Evangelio, varie à variis Hæreticis impugnata fuit, ita ab Eccleſiæ veris Paſtoribus modis omnibus omnique ſtudio, tanquam Fidei Chriſtianæ caput ac fundamentum ipſum, religioſiſſime ſemper conſervatam & cuſtoditam fuiſſe.

Ac de Hæreticis ἀρνησθέοις primi ſæculi, nempe (10.)
Cerinthianis & Ebionæis, deſinerem ulterius loqui niſi Auctor impii libelli, *Irenicum Irenicorum* inſcripti, prodigioſum quoddam de Ebionæis commentum prodidiſſet, quod à nobis neutiquam prætermitti debet. Si enim vera ſunt, quæ Auctor ille ut probet nervis omnibus contendit, non modo

do de neceſſitate Articuli de ſervatoris noſtri Divinitate, ſed etiam de ipſa ejus veritate defendenda actum plane erit; atque Ebionæi, ſaltem minores, adeo Hæretici non fuerunt, ut hos ſolos Apoſtolicæ de Chriſto doctrinæ ac traditionis fideles fuiſſe cuſtodes ſtatuendum ſit. Quippe fi-
Irenic. p. 73. & p. 111. & ſe 99. denter affirmat, Ebionæos (eos ſcil. qui Chriſtum ex Virgine natum confitebantur, ſed Deum eſſe negabant) revera non alios fuiſſe, quam Nazaræos, ſive omnium primos & antiquiſſimos Chriſtianos Hieroſolymitanos, qui poſt acceptam Chriſti Fidem, Legis obſervationem retinuerunt, quique doctrinam de Chriſto ψιλῷ ἀνθρώπῳ, quam ſcil. ab Apoſtolis edocti erant, religioſe conſervarunt atque ad poſteros tradiderunt; durante ipſorum Eccleſia uſque ad Adriani tempora, à quo patria expulſi fuere, atque exinde à cæteris Chriſtianis Ebionæi per contemptum appellati, ac pro Hæreticis habiti. Atque de hoc ſuo commento mirifice ſibi placet, ac multum gloriatur homo vaniſſimus, tanquam de traditione, ut loquitur, omibus Catholicorum pro Divinitate Filii traditionibus longe antiquiore ac certiore.

(11.) Verum enim vero putidiſſimam hanc eſſe atque impudentiſſimam Hæretici fabulam, ex iis quæ jam diximus, ſatis liquet. Ut enim ſacra oracula à nobis adducta ſileant, quis veterum, quis Apoſtolicorum Scriptorum, quos citavimus, de hac traditione vel fando inaudivit? Quis nobis contrariam traditionem ſuo teſtimonio non confirmavit? Quin etiam hæc tantopere venditata traditio ex Hiſtoria Eccleſiaſtica quam facillime, quam certiſſime refelli poteſt. Namque Euſebius diſerte

diserte testatur, se ex veterum scriptis didicisse, omnes quindecim Episcopos, qui ex circumcisione erant, & Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuerunt usque ad Adriani tempora puram ac sinceram Christi cognitionem amplexos fuisse. Sic enim de ipsis scribit Hist Eccl. lib. 4. c. 5. *Eorum quidem Episcoporum tempora qui Hierosolymis præfuerunt, nusquam reperire potui. Omnes quippe brevi admodum tempore sedisse perhibentur. Illud autem ex veterum scriptorum Monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum quæ imperante Adriano contigit, quindecim Episcopos continua successione illi Ecclesiæ præfuisse*; ὃς πάντας ἑβραίους φασὶν ὄντας ἀνέκαθεν, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ γνησίως καταδέξασθαι *quos omnes cum origine Hebræi fuerint, cognitionem Christi genuine suscepisse memorant.* Hoc autem certe neutiquam de iis dixisset Eusebius, si ex Veteribus illis didicisset, sensisse ipsos de Christo idem quod Ebionæi, quippe quos propterea quod Christum negarent esse Deum verbum ante sæcula, impietatis condemnet, quin & à Diabolo in ditionem suam redactos pronuntiet. Ita enim de utroque genere Ebionæorum scribit Eccl. Hist. l. 3. c. 27. *Alios vero quos à Religione Christiana malignus Dæmon prorsus dimovere non potuerat, alia ex parte infirmos esse deprehendens, in ditionem suam redegit. Hi ab Antiquis cognominati sunt Ebionæi, quippe qui humiliter admodum atque abjecte de Christo sentirent. Eum enim simplicem ac vulgarem, nec aliud quam hominem esse censebant, qui profectu virtutis justus factus fuisset, cæterum ex Viri cum Maria concubitu procreatum. Porro legis observa-*

observationem sibi omnino necessariam ducebant, quasi per solam in Christum fidem, vitamque ex ea fide traductam, salutem consequi non valerent. Alii ab his, eodem nomine nuncupati, absurdam priorum sententiam refugientes, Christum quidem ex Virgine & ex Spiritu Sancto genitum esse non negant: ἐ μὴν ἔσθ' ὁμοίως καὶ οὗτοι προὔπαρχεν αὐτὸν, θεὸν λόγον ὄντα καὶ σοφίαν ὁμολογοῦντες, τῇ τῶν προτέρων περιετρέποντο δυσσεβείᾳ· μάλιστα ὅτε καὶ τὴν σωματικὴν περὶ τὴν νόμον λατρείαν ὁμοίως ἐκείνοις περιέπειν ἐσπούδαζον. i. e. *Sed & hi nihilominus cum itidem præextitisse ipsum, utpote Deum Verbum ac sapientiam minime fateantur*, EADEM CUM PRIORIBUS IMPIETATE SUBVERSI SUNT: *cum præsertim corporales Legis cæremonias, perinde atque illi accurate custodiant*. Certe ex collatis his duobus Eusebii locis clare liquet, Ebionæos illos posteriores (quos minores Ebionæos vocat Nicephorus Eccl. Hist. l. 13. c. 13.) à primis Hierosolymitanis Christianis dupliciter discrepasse. 1 Ebionæi illi de Christo impie senserunt, utpote Deum verbum ac sapientiam ante carnis nativitatem substitisse ipsum minime confitentes; At primi Hierosolymitani Christiani cognitionem Christi genuine amplexi sunt. 2 Ebionæi illi ritus Mosaicos urgebant, tanquam omnino observatu necessarios, & fidem Christi absque eorum observatione ad salutem sufficere negabant. Hoc de prioribus, sive majoribus Ebionæis diserte notat Eusebius, & minores quoque Ebionæos ὁμοίως ἐκείνοις perinde atque illos legis Mosaicæ studiosos fuisse affirmat, adeoque in hoc impietatem ipsorum ex parte sitam fuisse non obscure significat. Quippe sensus

Eusebii

Euſebii manifeſtus eſt, Ebionæos iſtos pernicioſum illud dogma, de abſoluta neceſſitate legem Moſaicam obſervandi, alteri illi impietati ſuæ, ſane maximæ ac per ſe nimis exitiali, qua nempe Chriſtum Deum negarent, inſuper adjeciſſe, adeoque non uno nomine impios atque à ſalute alienos fuiſſe. Atque Hieroſolymitanis ſuis Chriſtianis, ut ut circumciſionem quoque & alia Moſis ritualia (pro more ſcil. ab ipſis Apoſtolis infirmitati ipſorum primitus conceſſo) obſervantibus, nullam impietatis dicam impingit Euſebius; quod ſcil. hi & de Chriſto rectè ſenſerint atque ab aliis ex Gentibus Chriſtianis legis ritualis obſervationem neutiquam exigerent. Equidem ſi hoc feciſſent, decretum Concilii Hieroſolymitani, cui præfuit Jacobus primus ſedis illius Epiſcopus, palam oppugnaſſent. Non eſt quidem dubitandum quin Euſebius exiſtimaverit culpabiles fuiſſe Chriſtianos illos Hieroſolymitanos, eos ſaltem qui poſt everſum à Tito Templum vixere, quod non tandem viderint cultum ritualem, in lege Moſaica præſcriptum, prorſus abolitum fuiſſe. Propterea vero illos laudat, quod interim legalia iſta, quæ ipſi obſervarent, aliis Chriſtianis non obtruſerint, & alioqui Fidem Catholicam, & ſpeciatim illam ejus partem quæ ad Chriſti Domini noſtri perſonam ſpectat, ſincere amplexi fuerint.

Cæterum Euſebii teſtimonio de primitiva Eccleſia Hieroſolymitana ejuſque Epiſcopis, omnino conſentit lucemque adeo fæneratur graviſſimus Hiſtoricus ſulpicius ſeverus Sac. Hiſt. l. 2. c. 45. ubi de iiſdem ſic ſcribit: *Quia Chriſtiani ex Judæis potiſſimum putabantur* (*namque tum Hieroſolymæ*, (12.)

roſolymæ, non niſi ex circumciſione, habebat Eccleſia Sacerdotem) *militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit* (*Adrianus*) *quæ Judæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ Fidei proficiebat*: Quia tum pene omnes Chriſtum Deum, ſub Legis obſervatione, credebant. *Nimirum id Domino ordinante diſpoſitum, ut Legis ſervitus à libertate Fidei atque Eccleſiæ tolleretur.* Ubi *pene omnes* dixit, quod fuere etiam Hieroſolymæ tunc temporis Fideles ex Gentibus, licet numero pauciores, qui Chriſtum Deum abſque Legis obſervatione crederent. Cæterum quod de Hieroſolymitanis illis ex circumciſione Chriſtianis, ex Veteribus refert Euſebius, ipſos ſcil. *cognitionem ſive fidem Chriſti genuine ſuſcepiſſe*; idem de iiſdem (ſed paulo clarius) teſtatur hic Sulpicius, affirmans, quod *Chriſtum Deum credebant.* His certe nihil manifeſtius. Quare ſi Nazaræi, qui dicebantur, Hieroſolymitanorum ex circumciſione Chriſtianorum poſteri ac progenies fuere, (quod docti plerique omnes ſentiunt) & revera, ut ait Irenici Auctor, Chriſtum pro mero homine habuerunt; deſciviſſe ipſos ab Anteceſſorum ac Patrum ſuorum fide, omnino ſtatuendum eſt.

(13.) Verum ſublimius de Chriſto Domino noſtro Nazaræos quoque ſenſiſſe, magnis Auctoribus conſtat. Certe Philaſtrius nullam ipſis de Chriſti perſona hæreſim aſcribit. Auguſtinus vero in libro de Hæreſibus, poſtquam cap. 8. de Cerinthianis egerat, qui docerent, *carne circumcidi oportere, atque alia hujuſmodi legis præcepta ſervari; Jeſum hominem tantummodo fuiſſe*, &c. deinde cap.

cap. 9, & 10. Nayaræorum & Ebionæorum dogmata ſic explicat: *Nazaræi cum Dei Filium confiteantur eſſe Chriſtum* (adeoque hactenus a Cerinthianis diſſentiant, qui illum pro homine tantum habent) *omnia tamen veteris legis* (in hoc cum Cerinthianis conſentientes) *obſervant, quæ Chriſtiani per Apoſtolicam traditionem non obſervare carnaliter, ſed Spiritualiter intelligere didicerunt. Hebionæi Chriſtum etiam* (ſcil. perinde atque Cerinthiani, de quibus paulo ante locutus fuerat) *tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia Legis obſervant*, &c. Hic palam eſt (quicquid cavilletur Irenici Auctor) Auguſtinum Nazaræos tum à Cerinthianis tum ab Ebionæis in hoc diſtinguere voluiſſe, quod Nazaræi Chriſtum *non hominem tantummodo*, ſicut Cerinthiani & Ebionæi, ſed *Filium Dei* adeoque Deum confiterentur. Præterea quid Auguſtino fuerit, *Chriſtum Filium Dei confiteri*, omnes norunt. Quippe non alium ille Filium Dei agnovit, quam qui ante omnia ſæcula Deus ex Deo Patre genitus ſit. Porro apertiſſimum eſt Hieronymi teſtimonium in Epiſtola 89 ad Auguſtinum, ubi de Cerintho, Ebione & Nazaræis ſic ſcribit: *Si hoc verum eſt, in Cerinthi & Ebionis Hæreſim dilabimur, qui credentes in Chriſto, propter hoc ſolum à Patribus anathematizati ſunt, quod Legis cæremonias Chriſti Evangelio miſcuerunt, & ſic nova confeſſi ſunt, ut vetera non amitterent. Quid dicam de Hebionitis, qui Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Uſque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt, quæ dicitur Mineorum, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum, Filium*

roſolymæ, non niſi ex circumciſione, habebat Eccleſia Sacerdotem) *militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit* (*Adrianus*) *quæ Judæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ Fidei proficiebat*: Quia tum pene omnes Chriſtum Deum, ſub Legis obſervatione, credebant. *Nimirum id Domino ordinante diſpoſitum, ut Legis ſervitus à libertate Fidei atque Eccleſiæ tolleretur.* Ubi *pene omnes* dixit, quod fuere etiam Hieroſolymæ tunc temporis Fideles ex Gentibus, licet numero pauciores, qui Chriſtum Deum abſque Legis obſervatione crederent. Cæterum quod de Hieroſolymitanis illis ex circumciſione Chriſtianis, ex Veteribus refert Euſebius, ipſos ſcil. *cognitionem ſive fidem Chriſti genuine ſuſcepiſſe*; idem de iiſdem (ſed paulo clarius) teſtatur hic Sulpicius, affirmans, quod *Chriſtum Deum credebant*. His certe nihil manifeſtius. Quare ſi Nazaræi, qui dicebantur, Hieroſolymitanorum ex circumciſione Chriſtianorum poſteri ac progenies fuere, (quod docti plerique omnes ſentiunt) & revera, ut ait Irenici Auctor, Chriſtum pro mero homine habuerunt; deſciviſſe ipſos ab Anteceſſorum ac Patrum ſuorum fide, omnino ſtatuendum eſt.

(13.) Verum ſublimius de Chriſto Domino noſtro Nazaræos quoque ſenſiſſe, magnis Auctoribus conſtat. Certe Philaſtrius nullam ipſis de Chriſti perſona hæreſim aſcribit. Auguſtinus vero in libro de Hæreſibus, poſtquam cap. 8. de Cerinthianis egerat, qui docerent, *carne circumcidi oportere, atque alia hujuſmodi legis præcepta ſervari*; *Jeſum hominem tantummodo fuiſſe*, &c. deinde cap.

cap. 9, & 10. Nayaræorum & Ebionæorum dogmata ſic explicat: *Nazaræi cum Dei Filium confiteantur eſſe Chriſtum* (adeoque hactenus a Cerinthianis diſſentiant, qui illum pro homine tantum habent) *omnia tamen veteris legis* (in hoc cum Cerinthianis conſentientes) *obſervant, quæ Chriſtiani per Apoſtolicam traditionem non obſervare carnaliter, ſed Spiritualiter intelligere didicerunt. Hebionæi Chriſtum etiam* (ſcil. perinde atque Cerinthiani, de quibus paulo ante locutus fuerat) *tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia Legis obſervant*, &c. Hic palam eſt (quicquid cavilletur Irenici Auctor) Auguſtinum Nazaræos tum à Cerinthianis tum ab Ebionæis in hoc diſtinguere voluiſſe, quod Nazaræi Chriſtum *non hominem tantummodo*, ſicut Cerinthiani & Ebionæi, ſed *Filium Dei* adeoque Deum confiterentur. Præterea quid Auguſtino fuerit, *Chriſtum Filium Dei confiteri*, omnes norunt. Quippe non alium ille Filium Dei agnovit, quam qui ante omnia ſæcula Deus ex Deo Patre genitus ſit. Porro apertiſſimum eſt Hieronymi teſtimonium in Epiſtola 89 ad Auguſtinum, ubi de Cerintho, Ebione & Nazaræis ſic ſcribit: *Si hoc verum eſt, in Cerinthi & Ebionis Hæreſim dilabimur, qui credentes in Chriſto, propter hoc ſolum à Patribus anathematizati ſunt, quod Legis cæremonias Chriſti Evangelio miſcuerunt, & ſic nova confeſſi ſunt, ut vetera non amitterent. Quid dicam de Hebionitis, qui Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Uſque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt, quæ dicitur Mineorum, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum, Filium*

Filium Dei, natum de Virgine Maria, & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum volunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi ſunt nec Chriſtiani. Quibus verbis diſerte dicit Hieronymus, cum Auguſtino, credidiſſe Nazaræos in Chriſtum Filium Dei: & hoc non contentus ſe explicat, affirmas, credidiſſe ipſos in eum Dei Filium, in quem & nos (ſcil. Catholici) credimus. Ut in hac de Filio Dei doctrina, diſcrimen inter Catholicos & Nazaræos nullum prorſus agnoſcat. Hanc fuiſſe Hieronymi mentem, clarius adhuc liquebit è ſcopo ipſius in loco citato. Mota erat inter Hieronymum & Auguſtinum controverſia ſuper verbis Pauli de Petro Gal. 2. 11. κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην· an ſcil. Paulus ſerio & ex animo Petrum reprehenderit; an vero res tota ficte tantum & per Sanctam quandam ſimulationem inter ipſos tranſacta fuerit? Prius illud recte ſtatuebat Auguſtinus; poſterius contra manifeſtam veritatem (etſi conſentientibus quidem Græcis nonnullis interpretibus) Hieronymus propugnabat, verba illa κατὰ πρόσωπον vertens non *coram* ſed *ſecundum faciem*, hoc eſt ficte, non ex animo. Palmarium argumentum quo ſuam defendebat ſententiam, (in quam caſu, dum lectis Græcis commentariis, & in mente ſua plurima coacervans, accito notario, vel ſua vel aliena dictaret, nec ordinis, nec verborum interdum, nec ſenſuum memor, incidiſſe ſe ingenue fatetur) hujuſmodi fuit; quod Paulus ipſe aliquando Judaizavit, proinde jure non potuit ejus erroris Petrum arguere, in quo ipſe fuit. Cui argumento

recte

recte respondet Augustinus, Petrum objurgatum fuisse à Paulo, non quia servabat consuetudinem Judæorum in qua natus atque educatus erat, quanquam apud Gentes eam non servaret; sed quod Gentibus volebat eam imponere, suo scil. exemplo, quod Paulus nunquam fecerat. Quippe cæremoniæ Legis etiamsi Gentibus imponi non debuerunt, Judæis tamen fidelibus ad tempus concedi poterant. Hæc autem intelligere nolens Hieronymus, more suo oratorio, in Augustinum invehitur, quasi summa sententiæ ipsius esset, *ut post Evangelium Christi, etiam nunc benefaciant Judæi credentes, si Legis mandata custodiant, hoc est sacrificia offerant*, &c. Atque adversus hanc sententiam, quæ certe Augustini nunquam fuit, tanquam cum umbra sua dimicans, sic argumentatur: *Si hoc verum est, in Cerinthi & Ebionis hæresim dilabimur, qui credentes in Christo propter hoc solum à Patribus anathematizati sunt, quod Legis cæremonias Christi Evangelio miscuerunt.* Quibus minime voluit Hieronymus, Cerinthum & Ebionem nullam aliam hæresim fovisse, ob quam à Patribus anathematizati fuerint; (quippe nescire non poterat, Ebionem ab antiquis hæresis condemnatum fuisse, quod Christi Divinitatem negaret; Cerinthum vero tum ob eandem hæresim tum ob alia impia dogmata, ex albo Christianorum erasum fuisse) sed ob eum solum errorem, si cætera orthodoxi fuissent, dignos fuisse à Patribus judicatos, qui anathemate percuterentur. Quia vero illud ab Adversario, quem sibi finxerat, in dubium vocari potuisse videret, ideo ab exemplo Cerinthi & Ebionis ultro ipse recedit,

dit, alio argumento, à Nazaræis sumpto, quod omnem cavillandi ansam præscinderet, pugnaturus *Quid dicam*, inquit, *de Ebionæis, qui Christianos esse se simulant? usque hodie per totas Orientis Synagogas*, &c. Quasi diceret, de Ebionæis fortasse causaberis, neque ego diffiteor, ipsos de Christo Domino nostro impie sentire, utpote hominem tantummodo illum esse docentes; proinde ut ut Christianos se simulent, pro vere Christianis tamen minime habendos: At vero certe nihil habebis, quod respondeas de Nazaræis qui cum per omnia Catholici sint, dempto quod Legis observationem retineant, ab Ecclesia tamen pro Hæreticis sunt habiti. Certe hoc voluisse Hieronymum manifestissimum est. Nemini autem melius cognita esse potuit Nazaræorum sententia, quam Hieronymo, utpote qui eorum conversatione usus fuerit, atque ab ipsis Hebraicum Matthæi Evangelium describendi facultatem acceperit, ut ipse diserte testatur de script. Eccl. de Matthæo agens.

(14.) Cæterum testimoniis jam productis duo præterea adjiciam, quæ, licet in iis nulla quidem Nazaræorum mentio nominatim facta sit, ad ipsos tamen omnino pertinere, eorumque sententiam satis luculenter declarare mihi videntur. Prius erit Scriptoris, omnibus quos hactenus citavimus, extra controversiam longe antiquioris, nempe Justini Martyris in Dialogo cum Tryphone Judæo. Ubi Trypho quæstiones nonnullas, de observatione Legis Mosaicæ, Justino solvendas proponit; quarum prima ad eos pertinet, qui sub Lege vixerunt ante Christi adventum, & est hujusmodi: *qui ex præscripto rogatæ per Mosen Legis vixerunt,*

xerant, viventne pariter cum Enoch, Noe & Job in reſurrectione mortuorum annon? Ad quam quæſtionem ſic reſpondet Juſtinus: *In Lege Moſis quæ natura pulchra ſunt, pia & juſta Sancita ſunt, à morigeris facienda: nec minus quæ propter induratum cor populi fieri præcepta ſunt, ſcripta inveniuntur; quæ & præſtitere qui ſub Lege fuerunt. Quare qui ea fecerunt, quæ in univerſum & natura & perpetuo pulchra ſunt, Deo complacuerunt; & per Chriſtum hunc in reſurrectione, perinde atque majores eorum homines juſti, Enoch & Noe, & Job, & ſi qui alii extitere,* σωθήσονται σὺν τοῖς ἐπιγνῶσι τὸν Χριστὸν τοῦτον τὸν Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς παρθένου τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ γεγεννῆσθαι σαρκοποιηθεὶς ἀνέφηνεν. *Salvabuntur una cum iis qui agnoſcunt hunc Chriſtum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam fuit, & ex Virgine iſta generis Davidici caro factus, naſci ſuſtinuit: ut per hanc diſpenſationem, is qui à principio maligne egit ſerpens, & aſſimilati ei Angeli debellarentur, & mors contemneretur, atque in ſecundo Chriſti ipſius adventu ab iis qui ipſi credunt & ex ſententia ejus vivunt, penitus ceſſaret, neque deinceps exſtaret amplius: cum alii quidem in judicium & condemnationem ignis inceſſanter cruciandi mittentur; alii autem in perpeſſionis vacuitate & incorruptibilitate, & indolentia, & immortalitate ſimul vivent.* Cujus reſponſionis manifeſta hæc eſt ſententia: eos qui ſub Lege Moſaica viventes, cum ritibus ſibi à Deo impoſitis, tum imprimis æternis juſtitiæ legibus fideliter obtemperarunt, ut & pios qui ante Legem iſtam p. 263, & 264.

fuere, per Chriſti gratiam ſalutem æternam conſecuturos, una nobiſcum Chriſtianis, quanquam explicitam illam, quæ à nobis nunc requiritur, de Chriſto fidem non habuerint: explicitam vero illam fidem, quæ à nobis ſub Evangelio ad ſalutem exigitur, eam omnino eſſe, qua nempe agnoſcimus Jeſum Chriſtum eſſe Dei Filium, qui ante ſæcula extiterit, & in plenitudine temporis incarnatus atque ex Virgine homo factus fuerit, ut per iſtam æconomiam Diabolum ac mortem vinceret; quique tandem in exitu mundi iterum adveniet orbem judicaturus; atque impios quidem in æterni ignis ſupplicia addicturus, pios vero ad gloriæ & felicitatis æternæ regnum evecturus. Ubi obiter notet Lector regulam Fidei de Chriſto ad ſalutem neceſſariæ ab Juſtino traditam, ipſamque in opportunum tempus, cum uſui fuerit, memoria ſua reponat. Cæterum quærit deinde Trypho, an qui iſtam de Chriſto fidem nunc amplexus fuerit, & tamen cum fide illa Legis etiam Moſaicæ ritualis obſervationem retinuerit, ſalvus eſſe poſſit? *Quod ſi qui*, inquit, *nunc quoque vivere velint in obſervatione eorum, quæ à Moſe rogata ſunt, & credunt in hunc crucifixum Jeſum, agnoſcentes ipſum eſſe Chriſtum illum Dei* (nempe qualem, tu, Juſtine, modo deſcripſiſti) *eique datum eſſe univerſorum prorſus judicium, & regnum ejus eſſe æternum,* (ut à Te quoque dictum eſt) *poſſuntne & hi quoque ſalutem conſequi?* Ad quam quæſtionem priuſquam reſpondet Juſtinus, nonnulla Tryphonem viciſſim interrogat, de iis ritibus Moſaicis, qui nunc poſt dirutum Templum Hieroſolymitanum, ſervari aut non ſervari queant;

queant; Quibus abſolutis, repetit quæſtionem ſuam Trypho, & rurſus quærit, an qui ſupra deſcriptam in Chriſtum fidem tenet, & tamen ea Moſis legalia obſervare velit, quæ nunc ſervari queant, ſalutem poſſit conſequi? Et reſpondet tandem Juſtinus his verbis: ὡς μὲ ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ τρύφων, λέγω ὅτι σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, ἐὰν μὴ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, λέγω δὲ τοὺς ἐθνῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς πλάνης ᾠκειτμημένους, ἐκ παντὸς πείθειν ἀγωνίζηται ταὐτὰ αὐτῷ φυλάσσειν, λέγων ὡ σωθήσεσθαι αὐτοὺς ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν. *Ut mihi quidem videtur, ô Trypho, ſalvatum talem iri dico, ſi modo alios mortales* (*eos autem dico, qui ex Gentibus per Chriſtum ab errore circumciſi ſunt*) *eo adducere anniſus non fueri ut eadem ſecum obſervent, non aliter ſervatum eos iri affirmans.* Ex verbis autem illis Juſtini *ut mihi quidem videtur*, novam quæſtionem movet Trypho, *An ſunt*, inquit, *qui dicunt hujuſmodi homines ſalvatum non iri?* ſcil. mirum ipſi videbatur, à Chriſtiano aliquo ſalutem denegari iis, qui cætera eandem plane ſecum fidem amplectuntur, ob hoc ſolum, quod Legis à Deo latæ obſervatio ipſis religio ſit. Sed reſpondet Juſtinus, εἰσὶν ὦ τρύφων, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ὁμιλίας ἢ ἑστίας τοῖς τοιούτοις τολμῶντες· οὓς ἐγὼ ὡ συναινῶ εἰμι. i. e. *Sunt, ô Trypho, & quidem cum talibus illi neque conſuetudinis neque hoſpitii communionem habere audent: quos ego non collaudo.* Nimirum cenſebant iſti, poſt tam diu tamque clare promulgatum Chriſti Evangelium, Legalia Moſis non modo mortua eſſe, ſed & mortifera. Neque id prorſus negat Juſtinus, utpote qui horum Judaizantium Chriſtianorum non quibuſcunque ſalutem concedit,

dit, ſed iis tantum qui διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆ γνώμης *propter judicii infirmitatem.* (Ut ibidem mox loquitur) ritibus Moſaicis adhæreſcebant. Hinc autem clare tandem elucet, fuiſſe ex Judæis, Juſtini ætate, qui Catholicam de Chriſto fidem, qua nempe creditur, Jeſum Chriſtum eſſe Dei Filium, qui ante res omnes creatas extiterit, & definito tempore propter hominum ſalutem incarnatus atque ex Virgine homo factus fuerit, &c. Cum obſervatione Legis Moſaicæ ritualis miſcerent; neque tamen aliis ſcil. ex Gentibus Chriſtianis eam Legem obſervandi neceſſitatem imponerent. Quinam vero, te obſecro, fuerunt iſti? certe non alii quam Nazaræi ſive Chriſtiani Hieroſolymitani, qui jam Juſtini temporibus haud ita pridem patria ſua per Adrianum expulſi fuerant. Atque hæc quidem de Nazaræis ſcripſit Juſtinus, qui poſt aliqua in eodem Dialogo Ebionæorum etiam dogma in tranſcurſu perſtringit, ut infra cum ad argumenta Epiſcopii venerimus, oſtendetur.

(15.) Alterum teſtimonium ex libro petam *Conſtitutionum Apoſtolicarum* ſexto; Cujus libri capite 10 dogmata recenſet Auctor Hæreticorum, qui ipſam Apoſtolicam Eccleſiam turbarunt; Cerinthianos vero & Ebionæos ſpeciatim perſtringit in fine capitis, ubi notat eos, qui docerent δεῖν περιτέμνεσθαι νομίμως· πιστεύειν τε εἰς Ἰησοῦν ὡς εἰς ὄντα ἄνθρωπον δικαίου καὶ σοφοῦ πάντων. i. e. *Circumcidendum eſſe ſecundum Legem, credendumque in Jeſum tanquam in virum Sanctum & Prophetam.* Deinde cap. 11. prædicationem Apoſtolicam exponit contra omnes Hæreticos, quorum deliramenta ſupra commemo-

memoraverat. Sed itidem in fine capitis proprie adverſus Cerinthum & Ebionem Catholicam fidem exponit his verbis: Ἡ Χριστὸν ὁ Ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογῶμεν, ἀλλὰ Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀρχιερέα τοῦ πατρός· ὅτε μὴν μετ' Ἰουδαίων σεσεμνύμεθα. i. e. *Chriſtum confitemur eſſe non nudum hominem, ſed Deum Verbum & hominem, Mediatorem Dei & hominum, Pontificem Patris. Neque vero cum Judæis circumcidimur*, &c. Tum in capite ἀμέσως ſequente contra alios adhuc agit, qui ritualia Moſis ſibi obſervanda exiſtimarent. Titulus capitis eſt. πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας *contra confitentes, & Judaizare tamen volentes.* hoc eſt, contra eos, qui cum cætera Catholicam fidem in capite proxime præcedente expoſitam amplecterentur, & ſpeciatim illam ejus partem, quæ in extremo capite recenſetur, nempe Chriſtum eſſe Deum & hominem, confiterentur; tamen cum Judæis hactenus ſenſerunt atque à cæteris Chriſtianis in diverſum abierunt, ut Legi Moſaicæ rituali etiamnum adhæreſcerent. Quis autem dubitet, quin hi *confitentes & Judaizare tamen volentes*, ipſiſſimi fuerint Nazaræi? Scil. de Nazaræis pene iiſdem verbis Hieronymum ſupra teſtantem audivimus, quod eum Dei Filium confeſſi ſint, in quem & nos credimus; ſed cum voluerunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi fuerunt, neque Chriſtiani. Imo ſane alios à Nazaræis, in quos Pſeudo-Clementis deſcriptio illa quadret, fruſtra quæſiveris.

His tot tantiſque Veterum teſtimoniis impar eſt auctoritas unius Theodoreti, poſterioris ævi ſcriptoris (16.) Hæreſ. Fab. l. 2 c. 2.

ſcriptoris affirmantis, Nazaræos Chriſtum tantummodo ut *hominem juſtum honoraſſe*. Ad Epiphanium enim quod attinet, cum is Hæreſ. 29. c. 1. Nazaræos Cerinthianis tanquam ὁμοδόξους adjungat, in eadem tamen Hæreſi cap. 1. ingenue fatetur, ſe minime compertum habuiſſe, quid de Chriſto Nazaræi ſenſerint; utrum ſcil. Cerinthi impietatem, an vero Catholicam ſententiam ſecuti fuerint. Sic enim ibidem de ipſis ſcribit: Περὶ χειρὸς ἢ οὐκ οἶδα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν προκειμένων περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον μοχθηρίᾳ ἀχθέντες, ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσιν· ἢ, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἔχει, διὰ παθήματος ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας διαβεβαίωνται. *De Chriſto autem certo illud affirmare nequeo, utrum Cerinthi vel Merinthi impietate illa decepti, ſimplicem illum hominem aſſeverent, an uti ſeſe res habet, per Spiritum Sanctum de Maria Virgine genitum eſſe fateantur.* Ut manifeſtum ſit, Epiphanio parum perſpecta fuiſſe Nazaræorum dogmata. Quod autem antea temere dixerat, Cerinthianis & Nazaræis fuiſſe ὅμοια τὰ φρονήματα *ſimiles opiniones*, id arripuiſſe videtur poſt ipſum ſcribens Theodoretus, indeque tradidiſſe, Nazaræos, perinde ac Cerinthianos, Chriſtum tantummodo ut hominem juſtum honoraſſe. Scribit quidem Epiphanius Hæreſ. 30. c. 2. Nazaræos & Ebionæos capita ſimul contuliſſe, ſuamque nequitiam invicem communicaſſe. Neque ſane à vero abſimile videtur, Nazaræos poſteriorum temporum, à cæteris fere Chriſtianis Catholicis diu rejectos ac contemptui habitos, cum Ebionæis, ob communem utriſque rituum Moſaicorum obſervationem, familiaritatem aliquam contraxiſſe; indeque

indeque tandem ex ipsis aliquos illorum impietate contaminatos fuisse. Atque horum fortasse degenerum Nazaræorum in numero fuere Ebionæi, qui dicebantur minores, quorum nemo, quantum meminerim, ante Origenem mentionem fecit. Cæterum diu post Judæorum sub Adriano obsidionem, imo usque ad Hieronymi & Augustini saltem tempora, extitisse Nazaræos, qui primorum Nazaræorum, sive primitivæ Hierosolymarum ex circumcisione Ecclesiæ Christianæ fidem illibatam conservarunt, hoc est, Christum Deum sub Legis observatione credidere, allata à nobis modo Veterum luculenta testimonia extra dubium ponunt.

Ex his autem omnibus abunde tandem liquet, (17.)
quam in dealbando execrandam Ebionæorum hæresim, ipsamque pro dogmate venditando, ab ipsis Apostolis, primis Hierosolymitanis Christianis sive Nazaræis tradito, Irenici Auctor se frustra omnino fatigaverit. Haud necesse est igitur, ut de nomine Ebionis ejusque origine cum Sophista illo magnopere contendamus. Veruntamen cum videam viros quosdam doctos & Catholicos hactenus cum ipso sentire, ut negent, extitisse unquam Hæresiarcham aliquem cui Ebioni proprium nomen fuerit; atque Ebionæorum cognomentum Judæo-Christianis illis, qui de Christo abjecte atque humiliter sentirent, per opprobrium tantum primitus impositum fuisse; ideo de hac etiam quæstione pauca dicemus. Fuisse aliquando homuncionem quendam, nomine Ebionem, qui Cerinthi hæresim eatenus secutus fuit, ut Dominum Jesum tantummodo hominem esse doceret,

ret, diserte testatur Hæresiologorum, quos nunc habemus, fere antiquissimus Tertullianus loco supra à nobis in hoc capite laudato. Tertulliano consentit Philastrius, Hieronymus adversus Lu-
§. 8. ciferianos cap. 8. Epiphanius Hæres. 30. Ruffinus in Symbolum prope finem, aliique. Neque his obstat, quod à plerisque notatum, nomen *Ebion* pauperem sive inopem Hebraice significare. Nihil enim aliud inde efficitur, quam Ebionis de Christo sententiam ac notionem, cum nomine ipsius optime convenisse. Plane ut in Sacris literis de Nabale legimus 1 Sam. 25. 25. *Prout est nomen ejus, ita est ipse: Nabal nomen ejus, & apud ipsum est stultitia.* Equidem similes ad nomina Hæresiarcharum allusiones frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrunt. Sic Eusebius de Manichæis Eccl. Hist. l. 7. c. 31. Εν τούτῳ καὶ ὁ Μανεὶς τὰς φρένας, ἐπώνυμος τε τῆς δαιμονιώσης αἱρέσεως, τῆς τοῦ λογισμοῦ παρατροπὴν καθωπλίζετο. τοῦ δαίμονος αὐτοῦ δήπου τοῦ Θεομάχου Σατανᾶ ὀπὶ λύμῃ πολλῶν τὴν ἄνδρα προβεβλημένου. *Iisdem temporibus ille merito dictus Manes, id est furiosus, qui Demonaicam hæresim nominis sui condidit, armatus insania, à Dei adversario Satana ad multorum hominum perniciem productus est.* Similiter Gregorius Nazianzenus de Ario Orat. 20. Αρείος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, τὸ πολὺ τῆς ἐκκλησίας διέσεισε καὶ διέφθειρεν. *Ille à furore nomen habens Arius magnam Ecclesiæ partem concussit & labefactavit.* In quem Nazianzeni locum Nicætas notat: *Arius* ἀπὸ τοῦ ἄρεως, *id est, à Marte dictus est bellacissimo & furioso Dæmone.* Hinc Arii sectatores Αριομανῖται *Ariomanitæ* ab Athanasio & aliis passim dicti. Atque plura

hujus

hujus generis proferre potuissem, si id operæ pretium existimarem. Cæterum sententiam nostram plane explicat & confirmat Epiphanius Hæres. 30. c. 17. de nomine Ebionis ita disserens: Εβίων γὰρ ἐχεῖ ἀπὸ ἑβραϊκῆς εἰς ἑλλάδα φωνὴν τὴν ἑρμηνείαν πτωχός· πτωχὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῇ διανοίᾳ, καὶ τῇ ἐλπίδι, καὶ τῷ ἔργῳ, Χριστὸν ἄνθρωπον Ψιλὸν νομίσας, καὶ οὕτως ἐν πτωχείᾳ πίστεως τὴν ἐλπίδα περὶ αὐτοῦ κεκτημένος *Ebion enim Hebraica vox Græca lingua pauperem significat. Et fuit quidem iste revera pauper mente, spe, factisque, utpote qui Christum merum esse hominem existimavit, adeoque spem in ipso cum quadam fidei paupertate collocavit.* Pauculis interjectis addit ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι Εβίων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν οἶμαι ὁ πτωχὸς καὶ τάλας τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς αὐτοῦ κεκληρωμένος. *Sed revera Ebioni proprium hoc erat nomen, non sine vaticinio tamen aliquo, ut opinor, quo pauper infelixque fore significaretur, à Parentibus id nominis sortitus est.*

Itaque Ebionæi primitus dicebantur ii soli, (18.)
qui Ebionis Hæresiarchæ sectatores fuere, ejusque dogma utrumque tum de necessitate ritus Mosaicos observandi, tum de Christo Ψιλῷ ἀνθρώπῳ amplecterentur. Sed postmodum, circiter medium scil. tertii sæculi à quibusdam Ebionæos dictos fuisse, quicunque ex Judæis Christianismum una cum Legis observatione professi sunt, ab uno Origene docemur: qui quidem libro 2. cont. Cels. non longe ab initio sic scribit: οἱ ἀπὸ Ιουδαίων εἰς τὴν Ιησοῦν πιστεύοντες, οὐ καταλελοίπασι τὴν πάτριον νόμον· βιοῦσι γὰρ κατ' αὐτὸν, ἐπώνυμοι τῆς κατὰ τὴν ἐκδοκὴν πτωχείας τοῦ νόμου γεγενημένοι. Εβίων τε γὰρ ὁ πτωχὸς παρὰ Ιουδαίοις καλεῖται· καὶ

Εβιωναῖοι

Ἐβιωναῖοι χρηματίζουσιν οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὴν Ἰησοῦν, οὐκ ὀρθοδοξοῦντες. *Judæi qui in Jeſum credunt, non deſciverunt à patriis legibus, vivunt enim juxta eas, paupertati ſuæ Legis cognomines. Nam Ebion pauper Judaica lingua vocatur, & Ebionæi dicuntur, qui ex Judæis Jeſum pro Chriſto receperunt.* Hoc, inquam, nemo, quod ſciam, vel ante vel poſt Origenem tradidit. Interim, ex hoc ipſo Origenis loco non male obſervari poteſt, qui latiore illo ſenſu Ebionæi tunc nuncupati ſunt, non ideo ſic appellatos, quod cum Ebionæis primo & proprie ſic dictis de Chriſto abjecte atque humiliter ſentirent; (quippe non omnes ex Judæis in Jeſum credentes & legem adhuc obſervantes, de ipſo ita ſenſiſſe omnino evicimus) ſed διὰ τὸ πτωχείαν τῶν νόμων *ob paupertatem Legis*, cui omnes adhæreſcerent, ſive quod Legis τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα *infirma atque egena elementa* (ut S. Paulus loquitur) etiamnum in pretio haberent & religioſe colerent. Alibi autem in Commentariis ad Matthæum, ubi loquitur Origenes de Ebionæis ſtrictiori ſenſu ſic dictis, qui ſcilicet περὶ τὸν Χριστὸν Θεολογίαν non agnoverunt, ipſos dicit πτωχεύοντας περὶ πίστιν εἰς Ἰησοῦν *circa fidem quæ eſt in Jeſum inopes*. Atque hæc de Hæreticis, qui primo Chriſtianiſmi ſæculo Domini noſtri Divinitatem negarunt, fuſius quidem, prout res poſtulabat, diſſeruimus. Hiſtoriam eorum qui duobus ſæculis ſequentibus eandem impietatem propugnarunt, paucioribus, & minori negotio, Deo volente, expediemus.

Gal. 4. 9.

p. 427, 428. Edit. Huet.

CAP.

CAP. III.

De iis qui ſecundo tertioque ſæculo Jeſum Chriſtum verum eſſe Deum negarunt.

SUB Severo Imperatore circa annum Chriſti 190 Theodotus quidam, Patria Byzantinus, ab arte, quam exercuit, ὁ σκυτεὺς Coriarius cognominatus, Ebionitarum exitialem dogma palam defendere atque affirmare auſus fuit. Hunc quidem Caius Presbyter, ſive alius antiquus ſcriptor apud Euſebium Eccl. Hiſt. l. 5. c. 28. appellat τὸν ἀρχηγὸν τῆς πατέρα τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας τοῦτον εἰπόντα Ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χειστόν. *Defectionis illius Deum abnegantis architectum ac parentem, qui primus Chriſtum nudum eſſe hominem aſſeruit.* Sed voluit, ut opinor, hunc primum inter mere Chriſtianos, hoc eſt Chriſtianos ex Gentibus, dogma illud aſſeruiſſe; cum priores iſtius blaſphemiæ aſſertores fere ſub Chriſtiana profeſſione Judaiſmum propugnarint, proinde Synagogæ potius quam Eccleſiæ accenſendi fuerint, ac pro Judæis magis quam Chriſtianis, vel certe pro mediis inter utroſque habendi. Hinc ab aliis quoque Veterum Ebionæi in Catalogum hæreſium Judaicarum rejecti fuere, atque ab Hæreticis, qui in Eccleſia Chriſtiana exorti ſunt, diſtinguebantur, ut infra oſtendemus. Cæterum de Theodoto illo ejuſque hæreſi Tertullianus de Præſcrip. adv. hæret. c. 53. (1.)

hæc

hæc refert: *Accedit his Theodotus Bizantius, qui poſteaquam pro Chriſti nomine comprehenſus negavit, in Chriſtum blaſphemare non deſtitit. Doctrinam enim introduxit, quo Chriſtum hominem tantummodo diceret, Deum autem illum negaret: ex Spiritu quidem Sancto natum ex Virgine, ſed hominem ſolitarium atque nudum, nulla alia præ cæteris, niſi ſola juſtitiæ auctoritate.* Eadem de ipſo tradunt Epiphanius Hæreſ. 54. Auguſtinus de Hæreſ. c. 33. cæterique Hæreſiologi fere omnes. Anathemate autem percuſſus eſt impius Dogmatiſta à Victore Epiſcopo Romano, teſtante Caio illo apud Euſebium loco paulo ſuperius indicato.

(2.) Ubi etiam idem Caius memorabilem hiſtoriam narrat, quam, quod ad inſtitutum noſtrum quam maxime pertinet, hic recitare non gravabor. *Facinus, inquit, noſtra ætate geſtum, multis fratrum noſtrorum in memoriam revocabo. Quod quidem ſi Sodomis admiſſum fuiſſet, ipſos, ut arbitror, incolas ad pœnitentiam provocare potuiſſet. Erat quidam, Natalis nomine, Confeſſor, qui non ita pridem, ſed noſtra ætate vixit. Hic forte in fraudem inductus eſt ab Aſclepiodoto & altero quodam Theodoto Argentario. Ambo autem iſti diſcipuli erant Theodoti illius Coriarii, qui primus ob hanc ſententiam ſeu potius inſaniam à Victore, ut dixi, tunc temporis Epiſcopo ab Eccleſiæ communione remotus eſt. Hi perſuaſerunt Natali, ut accepto ſalario hæreſis illius Epiſcopus crearetur, ea ſcilicet conditione ut menſtruos centum quinquaginta denarios ab illis acciperet. Sociatus igitur illorum partibus, ſæpe*

sæpe à Domino corripiebatur in somnis. Clementissimus enim Deus ac Dominus noster Jesus Christus, eum qui passionum suarum testis exstiterat, perire extra Ecclesiam nolebat. Sed cum nocturnas ejusmodi visiones negligeret Natalis, utpote honore primæ apud illos sedis, & turpis lucri cupiditate (quæ multis mortalibus exitio est) inescatus, tandem à Sanctis Angelis per totam noctem flagris cæsus & gravissime verberatus est, Adeo ut primo diluculo consurgens, saccum induerit, & cinere conspersus confestim cum lacrymis ad pedes Zephyrini Episcopi se abjecerit, non solum Cleri, verum etiam Laicorum vestigiis advolutus; & Christi misericordis Ecclesiam ipsam quoque misericordem fletibus suis commoverit atque concusserit. Multisque precibus usus, ostensis etiam vibicibus plagarum quas pro Christi confessione pertulerat, vix tandem ad communionem admissus est. Scilicet tantæ molis erat Ecclesiæ pacem recuperare homini, de Christianismo alioquin optime merito, qui in nefandam illam hæresim aliquando prolapsus fuerat. Cæterum ad repetitas visiones quod attinet, quibus ipse Dominus Jesus se exhibuisse divinæ suæ majestatis vindicem, lapsique confessoris insaniam castigasse hic dicitur; nemo ipsas ut fictas facile rejiciet, qui observaverit, hæc narrasse ipsum illum confessorem, de turpissimo lapsu suo pœnitentiam in Ecclesia serio agentem, coram multis testibus, quorum plerorumque tum superstitum fidem appellaverit gravissimus hujus Historiæ scriptor; quique porro secum recoluerit, istiusmodi visionum exem-

pla

pla alia, apud tertii etiam ſæculi ſcriptores, eoſque probatiſſimæ fidei, non pauca reperiri. Qua de re vide ſis doctiſſimi *Dodwelli* noſtri Diſſertationes Cyprianicas Diſ. 4. ad Epiſt. 8.

(12.) Non longe ab initio tertii ſæculi extitit Theodotianæ hæreſis inſtaurator Artemon, ſive Artemas quidam: contra quem ejuſque ſectatores Caius, ſive antiquus ille Scriptor, quem modo laudavimus, eruditum librum compoſuit, teſte Euſebio, dicto loco nempe Eccl. Hiſt. l. 5. c. ult. Eo in libro Auctor, referente ibidem Euſebio, de Artemonitis iſtis hæc ad verbum ſcribit: *Aſſumant, priſcos quidem omnes, & ipſos Apoſtolos, ea quæ ab ipſis nunc dicuntur, & accepiſſe & docuiſſe: ac prædicationis quidem veritatem eſſe cuſtoditam uſque ad Victoris tempora, qui tertius decimus à Petro Romanæ urbis Epiſcopus fuit: à Zephyrini autem temporibus qui Victori ſucceſſit, adulteratam fuiſſe veritatem. Ac fortaſſe id quod dicunt, credibile videretur, niſi iis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ: deinde fratrum quorundam ſcripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adverſus Gentes & contra ſui temporis Hæreticos pro veritatis defenſione ſcripſerunt. Juſtinum intelligo, & Miltiadem & Tatianum ac Clementem, alioſque quam plurimos: in quorum omnium libris Chriſti Divinitas adſtruitur. Nam Irenæi quidem & Melitonis & reliquorum ſcripta quis eſt qui ignoret, in quibus Chriſtum Deum ſimul atque hominem prædicaverunt? Pſalmi quoque & Cantica fratrum * ab initio à fidelibus conſcripta, Chriſtum verbum Dei concelebrant, Divinitatem*

*Vide Plinii Epiſt. l. 10. Epiſt. 97. ad Tra. & quæ ipſi ad hunc Caii locum annotavimus Def. Fid. Nic. Sect 3. cap. 2. §. 5.

ei

ei tribuendo. Cum igitur tot abhinc annis Ecclesiastica doctrina prædicata sit, qui fieri potest, ut omnes usque ad Victoris tempora, eam quam isti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujusmodi calumniam adversus Victorem concinnare, cum certo sciant Theodotum coriarium, qui defectionis illius Deum abnegantis parens & Auctor fuit; primusque Christum nudum esse hominem asseruit, per Victorem à communione Ecclesiæ ejectum fuisse? Nam si, ut aiunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet blasphemia, cur Theodotum opinionis illius auctorem ab Ecclesia removit? Hoc insigne eruditi Scriptoris fragmentum eo libentius ex Eusebio integrum transcripsi, ut omnes perspiciant summam Auctoris Irenici impudentiam, Artemonitas appellantis, ut Apostolicæ traditionis testes fide dignissimos. Certe enim ex his liquet manifestissimi atque ab omni veritatis specie alieni mendacii ipsos convictos fuisse. Quin & ausim dicere hanc unam venerandi Auctoris paragraphen, si quis ipsam recte expenderit, ad impia illa omnia figmenta, quæ in Irenico isto coacervantur refellendum sufficere. Cæterum quod ad rem nostram quam maxime spectat, Artemonitas istos à cætu fidelium eliminatos fuisse, nihilque quicquam cum Ecclesia Christi Catholica commune habuisse, perspicuum est ex verbis Patrum Antiochenorum de Paulo Samosateno ab Ecclesia jam pulso, in Synodica sua * Epistola sic loquentium; τῷ δὲ ἀρτεμᾷ οὗτος ἐπιστελλέτω, καὶ οἱ τὰ ἀρτεμᾷ φρονοῦντες, τούτῳ κοινωνείτωσαν. *Hic vero ad Artemam scribat, & qui cum Artema sentiunt, cum illo communicent.*

* Apud Euseb. Eccles. Hist. l. 7. c. 30. prope finem.

(4.) Eodem sæculo non multo post Beryllus Bostrorum in Arabia Episcopus (referente Eusebio Eccles. Hist. l. 6. c. 33.) τὴν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειρᾶτο· τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν, πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας μὴ δὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν. *Ecclesiasticam pervertens regulam, nova quædam & aliena à fide Catholica inducere conatus est; ausus asserere Dominum ac Servatorem nostrum antequam inter homines versaretur, non substitisse in propriæ personæ differentia; nec propriam sed Paternam duntaxat Divinitatem in se residentem habere.* Ex quibus Eusebii verbis conjiciat quis Beryllum istum ad hæresim Noeti, quæ postea Sabellii fuit, allusisse. Sed nihil hujusmodi de ipso tradidit Hieronymus, cujus verba mox adferam. Cæterum adversus hunc plurimi Episcopi Synodo convenerunt, eo dubio procul concilio, ut hominem hæresis convictum ab Ecclesia removerent. Sed Origene, qui Synodo interfuit, errorem ejus coarguente, veritati victas dedit manus, atque ad pristinam sanamque sententiam rediit, ut ibidem Eusebius testatur. De eodem Hieronymus libro de Scrip. Eccl. cap. 71. *Beryllus Arabiæ Bostrenus Episcopus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset Ecclesiam, ad extremum lapsus in hæresim, quæ Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus, scripsit varia opuscula, & maxime Epistolas in quibus Origeni gratias agit,* &c.

(5.) Circiter annum Christi 260. famosus ille Paulus

lus à patria Samosatenus, ab Episcopali sede Antiochenus nominatus, Artemonitarum hæresim renovavit. Sensit enim (teste Eusebio Eccl. Hist. l. 7. c. 27.) ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν, ὡς κοινοῦ τὴν φύσιν ἀνθρώπου γενομένου. *Præter Ecclesiasticam doctrinam abjecte atque humiliter de Christo, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset.* De ipso autem sic scribit in libro de salutari adventu * Athanasius ὁ Σαμοσατεὺς Θεὸν ἐκ παρθένου ὁμολογεῖ Θεὸν ἐκ Ναζαρεὶ τεκθέντα, καὶ ἐντεῦθεν τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, καὶ ἀρχὴν βασιλείας παρειληφότα· λόγον δὲ ἐνεργὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, τῷ μὲν προοεισμῷ πρὸ αἰώνων ὄντα τῇ δὲ ὑπάρξει ἐκ Ναζαρὲτ ἀναδειχθέντα *Paulus Samosatenus Deum ex Virgine confitetur, Deum Nazareti in lucem editum, & inde existendi primordium, regnique consecutum. Verbum tamen efficax è Cœlo, & Sapientiam in eodem agnoscit, ac prædestinatione quidem fuisse ante sæcula, sed Nazareti primum extare cœpisse.* Ubi per λόγον, qui in Christo fuit, minime intellexit Paulus personam τοῦ λόγου seu Filii Dei, hujusmodi enim λόγον nullum agnovit; sed vim ac virtutem quandam divinam, qua in utero Virginis conceptus fuit, quæque deinceps in ipso usque operata est. Hac tantum ratione, per Spiritum S. conceptum fuisse Christum existimavit, (siquidem neque Spiritum aliquem Sanctum, qui Divina persona sit, confessus est) atque hac de causa Deum in Scripturis dici ipsum credidit. De eodem Paulo ejusque sectatoribus Augustinus de hæres. cap. 44. *Pauliani à Paulo Samosateno, Christum non semper fuisse dicunt,*

*pag. 635. edit. par. 1627.

sed ejus initium, ex quo de Maria natus est, asseverant: nec eum aliquid amplius quam hominem putant. Ista hæresis aliquando cujusdam Artemonii, (i. e. *Artemonis*) *fuit; sed cum defecisset, instaurata est à Paulo.* Sed audiamus ipsos Patres Antiocheni concilii, qui certe Pauli sententiam optime omnium intellexerunt. Illi in Epistola sua Synodica apud Eusebium dicti libri cap. 30. testantur, Paulum istum negasse τὴν Θεὸν τὴν ἡαυτοῦ καὶ κύριον *Deum ac Dominum suum,* hoc est, Christi Domini ac servatoris nostri Divinitatem inficiatum fuisse. Et paulo post in eadem Epistola aiunt, noluisse ipsum τὴν ὑπὸν τοῦ Θεοῦ συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι *cum Catholicis confiteri, Filium Dei e Cœlo descendisse;* sed dixisse Christum κάτωθεν *è terra ortum fuisse.* Denique ibidem diserte ipsum dicunt τὴν ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύοντα τῇ μιαρᾷ αἱρέσι τῇ ἀρτεμᾶ *hominem qui abjurato Fidei mysterio, ad scelestam se Artemæ hæresim contulit.* Sensit igitur Paulus de Christo idem quod Artemas.

(6.) Tradunt autem veteres nonnulli Judaicam istam blasphemiam propterea propugnasse Samosatenum, ut Zenobiæ Judææ, quod affirmat * Athanasius, certe Judæorum religioni addictæ fæminæ, atque in Oriente tunc temporis imperium obtinenti, gratificaretur. Ita Chrysostomus Homil. 8. in Johannem, & Theodoretus Hær. Fab. l. 2. c. 8. Ut non multum absimili modo nuperi apud nos tum Samosatenianæ tum Arianæ sectæ instauratores doctrinam de Christo coessentiali Dei Filio, adeoque de SS. Trinitate ὁμοουσίῳ in Ecclesia omnino supprimendam esse contendunt, ne

* In Epist. ad Solit. p. 837.

ne scilicet Judæorum & Turcarum conversioni impedimento illa ulterius sit: hoc est, volunt nos revera Christianos esse desinere, ut infideles isti quoquo modo Christiani fiant.

Cæterum adversus impium illum Paulum duæ Episcoporum Synodi apud Antiochiam congregatæ fuere. Atque in priori quidem, quæ sub Gallieno Imperatore, circa annum Regni ejus duodecimum, Christi 265, celebrata fuit, Sophista, deceptis per simulationem Episcopis, indemnis evasit, ut colligere est ex Eusebio Eccl. hist. l. 7. c. 28. In posteriori vero numerosissima Synodo, quæ Aureliano imperante, circiter annum Domini 270. habita fuit, à Malchione quodam Presbytero, viro in primis erudito, qui Synodo interfuit, hæresi ipsius palam detecta, non modo ab Episcopali throno deturbatus, sed etiam Ecclesiæ Catholicæ communione prorsus omni interdictus fuit, Ita enim illius Synodi historiam paucis tradidit Eusebius dicti libri cap. 29. *Hujus (Aureliani) temporibus Synodus innumerabilium fere Episcoporum congregata est; in qua Auctor ille apud Antiochiam hæreseos Paulus, convictus & ab omnibus manifestissime deprehensus falsi dogmatis reus,* τῆς ὑπὸ τὴν οὐρανὸν καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύττεται *ab universa quæ sub cœlo est Ecclesia eliminatus est. Præcipue vero illum coarguit, & latere cupientem confutavit Malchion quidam vir disertissimus, &c.* Observatu autem dignum est, quam vehementer quam acerbe Sancti Patres in Epistola sua Synodica tum in Heresiarcham ipsum tum in hæresim ejus invehantur: Ipsum dicunt hominem τὴν Θεὸν τὴν ἑαυτοῦ ἀρ-

νόμιον *Deum suum abnegantem*; ἀποστάντα τῆς καθ' ὑμᾶς *à Fidei regula deficientem*, sive *Apostatam à Fide*; quin & ἀντιπαυόμενον τῷ Θεῷ *Deo bellum indicentem*. Dogma ejus appellant τὴν θανατηφόρον διδασκαλίαν *mortiferam doctrinam*, ἀρνούμενον κακίαν *Deum negantem malitiam*, μιαρὰν αἵρεσιν *scelestam hæresim*. Ex quibus manifestum est, magnam & sanctam hanc Synodum, adeoque Catholicam illius sæculi Ecclesiam, dogma de vera Christi Divinitate ad salutem scitu & creditu necessarium omnino judicasse.

(8.) Post Paulum illum Samosatenum, nemo in Ecclesiastica historia tertii sæculi, quantum meminerim, occurrit, qui Servatoris nostri Θεολογίαν oppugnavit, præter unum Lucianum quendam; qui itidem propterea excommunicationis sententiam passus fuit. De quo vide sis quæ scripsimus Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 13. §. 8.

(9.) Cæterum si ex novorum Arianorum grege quispiam hic objiciat, Hæreticos omnes, quos hactenus recensuimus, Christi præexistentiam ante Mariam negasse, quam Ariani agnoscunt, quin & extitisse ipsum ante sæcula fatentur; proinde hæc omnia ut Socinianos tangant, ad Arianos tamen nihil attinere; is frustra omnino erit. Namque apertissimum est, commemoratos Hæreticos ab Ecclesia damnatos fuisse ob causam, quæ ipsis cum Arianis communis fuit, nempe quod Servatorem nostrum Deum esse negarent. Respice quæ in hoc capite de Theodoto, Artemone, & Paulo Samosateno ex veteribus observavimus, & videbis eorum omnium hæresim in eo à S. Patribus constitutam fuisse; non quod Christum

ſtum inferiorem quam revera erat creaturam, ſed quod meram creaturam omnino ſtatuerent, neque verum Deum agnoſcerent. Verbo, convicti ac damnati fuere iſti τῆ ἀρνησιθέου αἱρέσεως *hæreſi Deum negantis*, ut de Theodoto & Artemone Caium, de Paulo Samoſatenſi Patres Antiochenos loquentes audivimus. Certe autem Arii hæreſis non minus ἀρνησίθεος fuit, quam illorum: neque tanta fuit diſtantia inter eorum & Arii ſententiam, ut hanc ferendam, illam vero Anathemate dignam Eccleſia judicaret. Nam utrinque Chriſtus mera creatura ſtatuebatur; de tempore tantum in quo cœpit exiſtere, diverſa fuit ſententia.

Nihilominus addendum hic eſt, quod alibi obſervavimus, etiam ipſas Arii κυρίας δόξας nempe de productione τῦ λόγυ ante ſæcula quidem, ſed ab aliquo initio; deque eſſentiæ ejus à natura ſupremi Dei diſtantia, in Hæreticis antiquiſſimis, Gnoſticis ſcilicet, ab Eccleſia olim damnatas fuiſſe. Vide omnino quæ de hac re ſcripſimus Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 1. §. 15. & Sect. 3. cap. 1. §. 15, 16. & cap. 10. §. 16. Porro recolenda eſt etiam celebris hiſtoria Dionyſii Alexandrini, qui à Sabellianis falſo accuſatus fuit apud Dionyſium Romanum eorundem plane dogmatum, quæ poſtmodum Arius aſſeruit; Romano Dionyſio ea de cauſa Synodum mox convocante, in qua dogmata iſta ab omnibus tanquam impia rejecta fuere; & ipſe quoque Dionyſius, qui ea defendiſſe dicebatur, proculdubio damnatus fuiſſet, niſi à fædiſſima calumnia ſeſe per literas opportune purgaſſet. Quam hiſtoriam fuſe à nobis enucleatam (10)

videas

videas Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 11. §. 2. & seq.

Ex iis autem quæ in hoc & proxime præcedenti capite tam prolixe disseruimus, omnibus tandem, ut arbitror, manifestissimum est, sententiam illam, quæ Servatorem nostrum verum esse Deum negat, in Ecclesia Catholica trium primorum sæculorum semper fuisse habitam pro hæresi maxime exitiali, adeoque pro detestanda blasphemia; eosque qui ipsam asseruerunt, tanquam impios dogmatistas, atque à vera & salvifica Christi fide plane alienos, prorsus rejectos fuisse. Ut merito quis miretur, quibus demum coloribus aut Sophismatis (nam ut adversus tam aperta testimonia solidi aliquid adferat, impossibile est) suam Episcopius contrariam assertionem possit defendere. Ad ea tamen, cujusmodicunque sint, accuratius examinanda nunc progrediemur.

CAP. IV.

De Symbolis primævæ Ecclesiæ: ac primum de primo atque antiquissimo Symbolo, ejusque enarrationibus, quæ apud Irenæum & Tertullianum reperiuntur.

(1.) AD probandum antecedens suum; nempe in primitivis Ecclesiis, quæ ab ipsis usque Apostolorum temporibus, saltem per tria integra sæcula fuerunt, fidem ac professionem specialis illiusmodi

liuſmodi Filiationis Jeſu Chriſti, quo ſcil. ante omnia ſæcula Dei Filius, & Deus ex Deo ſtatuitur, ad ſalutem neceſſariam non fuiſſe judicatam; duo omnino argumenta adfert Epiſcopius, quorum prius ſic habet: Id, inquit, probant *Primum Symbola Eccleſiarum, quibus olim tanquam notis ac teſſeris Chriſtiani ab infidelibus diſcernebantur, & qui ea ſe credere profitebantur, albo & Matriculæ Chriſtianorum inſcribebantur & inſerebantur. In iis enim modi hujus peculiaris fides ac profeſſio nunquam & nuſpiam requiſita aut facta legitur. Antiquiſſimum, quodque in prima Baptiſmi adminiſtratione jam inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus uſitabatur, hoc erat, Credo in Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum*; nempe ad præſcriptam ab ipſo Jeſu formulam, Ite, & docete omnes Gentes; baptizantes eos in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. *Symboli hujus ἐξηγήσεις, quæ varie apud Scriptores veteres, puta Irenæum lib.* 1. *c.* 2, *&* 3. *apud Tertullianum lib. de Præſcrip. adverſus hæreticos, & de velandis virginibus, &c. reperiuntur, earum nullæ modi hujus profeſſionem continent, nedum ut ejus profitendi neceſſitatem declarent. Et tamen de Symbolo ſuo Irenæus ipſe ait, id tam eſſe abſolutum, ut ei peritia Theologica nihil poſſit addere, imperitia nihil poſſit detrahere: de ſuo etiam Tertullianus, nihil ultra ſcire, omnia ſcire eſt, &c. Symbolum ipſum Apoſtolicum ſic dictum, quod etſi quo tempore conditum ſit non ſatis conſtat, paulatim tamen & ſucceſſive, nunc his nunc illis articulorum additamentis, ex variarum hæreſium occaſione auctum*

eſſe

eſſe indubium mihi eſt; ad inſtar tamen præcedentium iſtorum Symbolorum compoſitum adeo accurate eſt, ut à quibuſdam, Pontificiis ſcil. ab ipſis Apoſtolis, nempe à ſingulis, ſingulos articulos per expreſſionem, & totum Symbolum à quolibet per approbationem conſarcinatum (licet perperam) eſſe credatur; ab omnibus tamen Eccleſiis Chriſtianis, ſi non quale nunc integrum legitur, primis tribus ſæculis, ſaltem ab ipſo ſæculo quarto ad hunc uſque diem pro indubitata perfecta & Catholica Fidei Chriſtianæ regula habeatur; hoc, inquam, Symbolum nullam prorſus modi hujus peculiaris Filiationis mentionem facit, ſed hac brevi formula contentum eſt, Credo & in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unigenitum, Dominum noſtrum.

(2.) Reſpondeo 1 hujuſmodi argumentum nihil hic valere poſſe. Cum enim ex teſtimoniis ſupra allatis & ipſa luce clarioribus abunde probatum, ſit, fidem ac profeſſionem peculiaris iſtiuſmodi Filiationis Jeſu Chriſti ad ſalutem neceſſariam fuiſſe à primævis Eccleſiis judicatam; quis fidem habebit ei, qui contrarium ex eo velit probatum quod Symbola ab iis uſurpata, fidem iſtam ac profeſſionem non ſatis aperte contineant? Equidem potius contrario plane modo concludendum eſſet, ſcil. cum aliunde ſatis conſtet, Fidem ac profeſſionem modi illius à primævis Eccleſiis ad ſalutem prorſus neceſſariam fuiſſe judicatam, omnino ſtatuendum eſſe, modum iſtum in Symbolis, ſive Fidei confeſſionibus quas ipſæ uſurparunt, ſatis aperte contineri, vel certe ſatis aperte contineri ab ipſis creditum fuiſſe. Ac profecto Doctores Catholicos, qui

qui diu ante conditum Symbolum Nicænum vixere, exiſtimaſſe, dogma de vera Filii Divinitate, in regula Fidei, ſive in Symbolis ſua ætate in Eccleſia receptis, contentum fuiſſe, certum eſt. Nam Irenæus & Tertullianus dogma illud ad regulam fidei omnino pertinere diſerte affirmant, ut infra oſtendemus. Caius etiam apud Euſebium Eccl. hiſt. lib. 5. cap. ult. de Artemonitis, qui Chriſtum eſſe Deum negarent, ait, quod πίστεως ἀρχαίας κανόνα ἀθετήκασι *Fidei antiquæ regulam irritam fecerunt.* Patres itidem Antiocheni in Synodica ſua Epiſtola apud Euſebium Eccl. hiſt. l. 7. c. 30. Paulum Samoſatenſem dicunt ἀποστάντα τῦ κανόνος hominem qui à *Canone ſive regula Fidei defecerit*, ut ſupra obſervavimus. Itaque hoc Epiſcopii argumentum, ſi quicquam probat, illud tantum probat, primævas Eccleſias articulum iſtum, quem neceſſarium judicabant, in Symbolis ſuis ſatis clare non expreſſiſſe. Verum 2 nihil cauſæ eſt, cur quis hanc ipſis dicam impingat. Quod ut manifeſtum fiat, Smbola, quæ memorat Epiſcopius, (ipſum κατὰ πόδας ſecuti) percurremus.

Antiquiſſimum, inquit, *quodque in prima Baptiſmi adminiſtratione, jam inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus uſitabatur, hoc erat, Credo in Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.* (3.) Reſp. 1. Illud nunquam pro Symbolo pleno & perfecto habitum fuiſſe, quod omnes Fidei articulos neceſſarios diſertis verbis comprehenderet; (Haud ſatis ſanus eſt, qui univerſam Fidem Chriſtianam tam anguſto angulo concluſam arbitretur) ſed pro brevicula tantum & compendioſa primarii de SS. Trinitate articuli confeſſione

fessione à Baptizando facienda, sensum ejus prius à Catechete plenius atque enucliatius edocto. 2 In hoc tamen qualicunque Symbolo vera certe Filii (ut & Spiritus Sancti) divinitas tam aperte traditur, ut in tantulo verborum circuitu vix clarius exprimi potuerit. Nam. 1. Perspicuum est, in hac formula, *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum* vocem *Deum* ἀπὸ κοινοῦ ad omnes tres, nempe Patrem, Filium & Spiritum S, referri. Quod Græci adhuc clarius exprimunt, πιστεύω εἰς ☩ Θεὸν, ☩ πατέρα, ☩ υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ita sane hanc brevem confessionem Veteres intellexere. Hinc Tertullianus Adv. Prax. cap. 13. communem Christianorum de Patre, Filio, & Spiritu S. Fidem exponens, ait. *Et Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus S. Deus, & Deus unusquisque.* Cyprianus itidem in Epistola ad Jubianum, contra Hæreticorum baptisma ita argumentatur. *Si baptizari quis apud Hæreticos potuit, utique & remissam peccatorum consequi potuit, si peccatorum remissam consecutus est, & sanctificatus est, & Templum Dei factus est. Quæro,* Cujus Dei? *si Creatoris; non potuit, qui in eum non credidit*: Si Christi; *nec hujus fieri potest Templum, qui negat* Deum Christum. Si Spiritus Sancti; *cum tres unum sint, quomodo Spiritus S. placatus ei esse potest, qui aut Patri aut Filii inimicus est?* Ubi manifeste alludit ad formulam confessionis de SS. Trinitate, quæ à baptizandis exigi solebat, qua nempe credere se profitebantur in Patrem Deum, in Filium Deum, & in Spiritum S Deum, & hos tres unum Deum esse. Obiter quoque observabit attentus Lector, S.

Cyprianum

Cyprianum apertiſſime hic docere, articulum de Chriſti Domini noſtri vera Divinitate ad ſalutem creditu omnino neceſſarium eſſe; Nam diſerte ait, *Templum Dei fieri non poſſe* (quod certe perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ſalvari non poſſe) *qui Deum Chriſtum negat.* Sed in orbitam redeo. Mihi ſane videtur in his paucis verbis *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* magnam illam veritatem, nempe, Filium & Spiritum S. unum eſſe cum Patre Deum, aliquatenus clarius exprimi, quam in fuſioribus quibuſdam Symbolis, quæ ſubſecuta ſunt. Nam per additamenta illa poſt verba, *Credo in Deum Patrem,* & adjectiones poſt mentionem *Filii,* non repetita voce *Deum* in articulis de Filio & Spiritu S. videri potuit & nonnullis viſa eſt *Dei* appellatio ad ſolum Patrem pertinere: plane contra mentem ac ſententiam eorum, qui latiora illa Symbola condiderunt.

2do. In hac formula Filius (ut etiam Spiritus S.) Patri adjungitur, tanquam conſors imperii, atque particeps illius fidei, honoris, cultus, atque obedientiæ, quam profitetur, vovet, ſpondetque baptizandus: quod nudo homini, aut creaturæ cuiviſcunque competere poſſe qui ſentiat, næ hunc horrendum Idololatriæ crimen quid ſit, prorſus neſcire omnino ſtatuendum eſt. Hoc ut clarius eluceſcat, apprime obſervandum eſt, quod in primitiva Eccleſia à Competentibus proxime ante baptiſmum duo requirebantur ἀποταγὴ ſive ἀπόταξις τῦ Σατανᾶ *Abrenuntiatio Satanæ,* & συνταγὴ vel σύνταξις πρὸς τὸ Χριςὸν *Aſcriptio ſive aggregatio ad Chriſtum.* Ἀπόταξις facta fuit his aut ſimi-

libus

libus verbis: *Renuntio Satanæ, & operibus ejus, & cultui ejus, &c.* Post abrenuntiationem ἀμέσως sequebatur συνταξις in hæc *verba*: *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* Hæc formula tam ἀποτάξεως quam σύντάξεως in primis sæculis ita per omnes Christi Ecclesias recepta fuit, ut dubitandum non sit, quin ab ipsis Apostolis profecta fuerit. Quemadmodum autem per ἀπότα-ξιν illam ad baptismum venientes cultum Diaboli, adeoque Idolorum, falsorumque Deorum omnium prorsus abdicarunt; ita per σύνταξιν cultui solius veri Dei, nempe Patris, Filii, & Spiritus Sancti sese penitus addixerunt. Quod etiam non obscure colligitur ex Luciani, sive alterius cujuspiam ejus certe coætanei, neque absimilis ingenii, Dialogo, qui *Philopatris* inscribitur. Ubi Auctor primæ Apostolorum διαδοχῇ coævus, profanus quidem, sed qui rem Christianam apprime calluit, ludens inducet Triephonem quendam, Christiani Doctoris & Catechetis personam sustinentem, & Catechumeno suo inter alia mysterium SS. Trinitatis tradentem. Nam roganti Catechumeno, *quemnam igitur tibi jurabo?* Respondet Triephon ὑψιμέδοντα Θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐρανίωνα, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία· ταῦτα νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ' ἡγοῦ Θεόν. i. e. *Deum alte regnantem, magnum, immortalem, cœlestem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria: hæc tu Jovem puta, hunc existima Deum.* Hinc, inquam, colligere est, venientes tunc temporis ex Gentilismo ad Ecclesiam Christi, ad hoc omnino obstrictos fuisse, ut pro Jove aliisque vanis nominibus numinibusque,

Vide constit. Apost. l. 7. cap. 42. & Cyrilli Hieros. Catec. Myst. 1.

que, quæ in Gentiliſmo ſuo coluerant, deinceps trinunius Dei, Patris, Filii, & Spiritus S. tanquam unici Dei ſui, fidei, cultui & obſequio ſeſe totos dederent & conſecrarent. Locum autem hunc illuſtrem à nobis fuſius explicatum, atque à Sandii cavillis abunde vindicatum leges Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 4. §. 11. Ac de primo & antiquiſſimo, quod Epiſcopius appellat, Symbolo, hæc dixiſſe ſufficiat.

(5.) Ad Symboli illius ἐξηγήσεις, ſive expoſitiones, quæ apud Irenæum & Tertullianum reperiuntur, accedamus. *Earum nullæ*, inquit Epiſcopius, *modi hujus profeſſionem continent*. h. e. in nulla earum expoſitionum quicquam continetur, quod Servatorem noſtrum alio modo Filium Dei eſſe declaret, quam qui ipſi, ut mero tantum homini, ante Mariam non exiſtenti, competere poſſit. Verum hoc, inquam ego, tam aperte falſum eſt, ut plane neſciam quo judicio, qua fide, quave conſcientia Vir doctus illud tam fidenter affirmare potuerit. Ab Irenæo incipiam. Is in libri primi cap. 10. in tranſcurſu commemorat τὸν κανόνα τῆς πίστεως *canonem*, ſive *regulam Fidei*, quam ſua ætate Chriſtianus quiſque διὰ τοῦ βαπτίσματος ἔλαβε *per baptiſmum accepit*. Hanc Fidei regulam poſtmodum variis in locis, varieque, ſed in eundem ubique ſenſum proponit exponitque. In iis autem omnibus expoſitionibus divinam Servatoris noſtri Filiationem ſatis aperte, in quibuſdam vero apertiſſime declarari, Talpa cæcior eſt qui non videat. In libri primi cap. 2. Regulam fidei tradit his verbis: Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων

p. 40. Edit. Feuardentii.

ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θαλάσσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς, τὰς οἰκονομίας Θεοῦ καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ ὅτε τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ, καὶ σωτῆρι, καὶ βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τοῦ ἀοράτου, πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται. 1. e. *Ecclesia enim tametsi per universum orbem usque ad fines terræ seminata, ab Apostolis & à discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, maria & omnia quæ in iis sunt: & in unum Jesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute; & in Spiritum S. qui per Prophetas prædicavit dispositiones Dei, & adventum, & passionem & resurrectionem à mortuis, & in carnem in cœlos ascensionem dilecti Jesu Christi Domini nostri, & de cœlis in gloria Patris adventum ejus, ad recapitulanda universa, & resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Jesu Domino nostro, & Deo, & Salvatori, & Regi, secundum placitum Patris invisibilis, omne genu curvetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, & judicium justum in omnibus faciat, &c.* In hac veteris Symboli

ἐξηγήσει

ἐξηγήσεις Ecclesia Catholica per universum terrarum orbem dispersa, credere dicitur in Christum, ut *Filium Dei* ✠ ἐνσαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, *qui nostræ salutis causa incarnatus fuit*; quæ sunt ipsissima fere verba Symboli Constantinopolitani, & in antiquissimo Symbolo Orientali latiore habebantur, quemadmodum infra ostendemus. In quibus verbis, omnibus qui videre volunt, manifeste significatur, Servatorem nostrum, tum extitisse, & Filium Dei fuisse in natura carnis experte, antequam homo fieret, tum carnem sive humanam naturam assumpsisse ex sua erga humanum genus benevolentia, hoc est, ut nobis hominibus salutem æternam procuraret. Qualem autem Filii Dei incarnationem crediderit Irenæus, qui hanc nobis fidei expositionem tradidit, nemini dubium esse potest, qui Scripta ejus vel primoribus unquam labiis attigerit. Sufficiat ex multis vice commentarii, si opus sit, unicum locum adduxisse ex libro 3. cap. 20. Ubi recapitulationem quandam faciens eorum quæ in superioribus disputaverat, sic scribit: *Ostenso manifeste quod in principio verbum existens apud Deum, per quem omnia facta sunt, qui & semper aderat generi humano, hunc in novissimis temporibus secundum præfinitum tempus à Patre, unitum suo plasmati, passibilem hominem factum; exclusa est omnis contradictio dicentium, si ergo tunc natus est, non erat ante Christus. Ostendimus enim, quia non tunc cœpit Filius Dei, existens semper apud Patrem, sed quando* Incarnatus *est & homo factus, longam hominum expositionem in seipso recapitulavit, in compendio nobis*

ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ. Clem. Rom. Ep. 2.

salutem præstans; ut quod perdideramus in Adam, id est, secundum imaginem & similitudinem esse Dei, hoc in Christo Jesu reciperemus. Quia enim non erat possibile, eum hominem, qui semel victus fuerat & elisus per inobedientiam, replasmari, & obtinere bravium victoriæ; iterum autem impossibile erat, ut salutem perciperet, qui sub peccato ceciderat; utraque operatus est Filius Verbum Dei existens, à Patre descendens, & dispensationem consummans salutis nostræ. Hinc Meridiana luce clarius est, quid Irenæo sit *credere in Filium Dei nostræ salutis causa incarnatum.* Porro in hac fidei expositione, qua de agimus, Servator noster non modo Filius Dei sed & *Deus* diserte dicitur; quod nomen, Irenæo judice, nemini absolute attribui debet, aut in S. Scripturis, præsertim Novi Testamenti, attribuitur, nisi ei, qui Deus revera sit. Vide omnino Irenæi lib. 3. cap. 6.

(6.) Cæterum alibi etiam Fidei regulam tradit & exponit Irenæus, nempe, lib. 1. cap. 19. Ubi præexistentia Filii non modo ante Mariam, sed etiam ante creaturas omnes, & creatio omnium per ipsum, idque tanquam per Verbum neutiquam Deo Patri suo extrinsecum, ut sunt creaturæ omnes, etiam ipsi Angeli, sed ipsi intimum & coessentiale, luculentissime exprimitur. Videas, Lector, ipsa verba & judex esto: *Cum teneamus autem nos* Regulam Veritatis, *i. e. quia sit unus Deus Omnipotens, qui omnia condidit per verbum suum & aptavit & fecit, ex eo quod non erat, ad hoc ut sint omnia, quemadmodum scriptura dicit, verbo enim Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris*

ejus

ejus omnis virtus eorum; *& iterum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ex omnibus autem nihil subtractum est, sed omnia per ipsum fecit Pater, sive visibilia sive invisibilia, sive sensibilia, sive intelligibilia, sive temporalia, propter quandam dispositionem, sive sempiterna; & ea omnia non per Angelos, neque per virtutes aliquas abscissas ab ejus sententia*; *nihil enim indiget omnium Deus*; *sed per verbum & Spiritum suum omnia faciens, & disponens, & gubernans, & omnibus esse præstans, &c. Hanc ergo tenentes regulam, licet valde varia & multa dicunt, facile eos deviasse à veritate arguimus.* Consule omnino loca Irenæi huic gemina, quæ adduximus Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 5. §. 7.

His porro addas, si lubet, tertiam primævi Symboli exegesin ab Irenæo traditam, lib. 3. cap. 4. Ubi ostendere volens veritatis traditionem nequaquam in Hæreticorum conventiculis, sed in Ecclesia Catholica quærendam esse, ita differit: *Quid autem si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebant, Ecclesias? Cui Ordinationi assentiunt multæ Gentes Barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere vel atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, In unum Deum credentes fabricatorem cœli & terræ & omnium quæ in eis sunt, per Christum Jesum Dei Filium*; *qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem, eam quæ esset ex Virgine generationem su-* (7.)

stinuit, ipse per se hominem adunans Deo, & passus sub Pontio Pilato, & resurgens, & in claritate receptus in gloria, venturus salvator eorum qui salvantur, & judex eorum qui judicantur, & mittens in ignem æternum trasfiguratores veritatis, & contemptores Patris sui; & adventus ejus. Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum, barbari sunt: quantum autem ad sententiam, & consuetudinem, & conversationem, propter fidem, per quam sapientissimi sunt, placent Deo, conversantes in omni justitia & castitate & sapientia. Quibus si aliquis annuntiaverint ea quæ ab Hæreticis adinventa sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. In hac Fidei regula Christus dicitur Filius ille Dei, per quem condita & facta fuere cœlum & terra & Mare & omnia quæ in iis sunt, qui ex summo in opus manuum suarum, hoc est, humanum genus, amore atque misericordia, ex Virgine nasci hominem ipse sustinuit, adeoque hominem Deo copulavit. Hujus fidei traditionem affirmat Irenæus, tam universalem & antiquam esse, ut ipsæ etiam barbaræ nationes, quæ S. Scripturas nondum habuerant in patriam suam linguam versas, ipsam tenuerint, ab Apostolis scilicet, aut eorum discipulis, una cum ipso Evangelio, cujus quidem ipsa pars est maxima, primitus acceptam; tam sacram quoque ab omnibus Christianis Catholicis tunc temporis habitam fuisse, ut doctrinam omnem, quæ cum ipsa pugnaret, tanquam nefandam hæresim, adeoque blasphe-

blasphemiam vel ipsi illi Barbari abominarentur.

Tertullianicas ἐξηγήσεις nunc expendamus. Atque in libro quidem *de Velandis Virginibus* non longe ab initio, Regula fidei à Tertulliano obiter indicatur potius quam recitatur, adeoque manca & imperfecta traditur. Ibi enim Christus ne *Dominus* quidem noster, aut unigenitus Dei Filius, sed simpliciter Filius Dei dicitur. Quod tamen in transcursu de Christo dixisse satis erat Tertulliano, qui titulum Filii Dei Christo tributum cum veteribus omnibus Catholicis in sublimiori sensu constanter intellexit. Sed in illa regula nulla conceptionis Christi hominis per Spiritum S. nulla ipsius Spiritus S. mentio facta est. Cæterum non diffitear me in ea esse sententia, ut existimem, Tertullianum ibi proprie respicere Symbolum in Africana Ecclesia sua ætate usurpatum, quod idem fere erat ac Romanum; siquidem Romana cum Africanis Ecclesiis fidem suam *contesserarit*, ut loquitur ipse Tertullianus de Præscrip. adv. Hæres. cap. 36. Romanum autem Symbolum, quanquam latius fuerit, quam ut ibi à Tertulliano ὡς ἐν παρόδῳ traditur, tamen ut in aliis ita in articulo de Filio Dei, brevius erat Symbolis Orientalium Ecclesiarum, ob causas, quas mox infra notabimus. Interim eadem semper fuit Romanæ & Orientalium Ecclesiarum fides, eundem licet non verborum, sensus tamen amplitudine articulum de Filio Dei omnes confessæ sunt. Neque illud sane ignoravit Tertullianus. (8.)

Hinc in altero loco ab Episcopio indicato (9.)

nempe lib. de Præscript. adv. hæres. cap. 13. Ubi etiam Regulam fidei tradit, articulum de Filio Dei pleniorem atque explicatiorem exhibet, Filii existentiam non modo ante Beatam Virginem, sed & ante omnia sæcula; adeoque creationem omnium per ipsum verbis Sole clarioribus describens. Ibi enim postquam dixisset, controverti debere id duntaxat, quod salva regula fidei potest in quæstionem devenire, mox regulam illam subjungit ad hunc modum: *Regula est autem Fidei, ut jam hinc quid credamus profiteamur, illa scil. qua creditur, unum omnino Deum esse, nec alium præter Mundi creatorem, qui universa de nihilo produxit per Verbum suum primo omnium emissum: Id verbum Filium ejus appellatum, in nomine Dei varie visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum: postremo delatum ex Spiritu Dei Patris & virtute in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum hominem, & esse Jesum Christum, &c.* Finito Symbolo, hæc verba subdit: *Hæc regula à Christo, ut probabitur, instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ Hæreticos faciunt.* Quid contra Episcopii assertionem his efficacius aut expressius dici potuit? Eandem vero regulam Fidei à Tertulliano descriptam habes lib. adv. Prax. cap. 2. *Nos, inquit, unicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam* οἰκονομίαν *dicimus, ut unici Dei sit & Filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hunc missum à Patre in Virginem & ex ea natum hominem & Deum, Filium*

Filium hominis & Filium Dei, & cognominatum Jesum Christum, &c. Mox addit: *Hanc regulam ab initio Evangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque Hæreticos, nedum ante Praxeam hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium Hæreticorum, quam ipsa novellitas Praxeæ hesterni.*

Ex his vero tandem abunde liquet, quam vel temere, vel inverecunde, veteris Symboli ἐξηγήσεις, quæ apud Irenæum & Tertullianum reperiuntur, Episcopius appellaverit.

CAP. V.

De Symbolo Apostolorum dicto.

AD Symbolum, quod vocatur, Apostolorum venio, de quo sic Episcopius: *Symbolum ipsum Apostolicum sic dictum, nullam prorsus modi hujus Filiationis peculiaris mentionem facit, sed hac brevi formula contentum est: Credo in Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, Dominum nostrum.* Hoc Episcopii palmarium est argumentum, quod etiam post ipsum Irenæi Auctor & Sandius vehementer urgent; idemque nuperi apud nos, qua Arianæ, qua Socinianæ dementiæ instauratores, in impiis æque ac insulsis suis scriptiunculis passim venditant, atque hoc scil. veluti clypeo tectos ac munitos, ab hæresis crimine, (1.)

mine, meritiſſimo ipſis jure à Catholicis intentato, ſe tutos omnino exiſtimant.

(2.) Quare ut argumento, quo vani homines tantopere fidunt ac gloriantur, cumulate ſatisfaciam; has quatuor Theſes demonſtrandas propono: 1 Symbolum dictum Apoſtolicum, ut doctrinæ Apoſtolorum conforme ſit, minime tamen totidem verbis, eaque forma & methodo, qua hodie conſpicitur, ab ipſis Apoſtolis dictatum aut compoſitum fuiſſe; ſed revera nihil aliud eſſe, quam Symbolum Romanæ Eccleſiæ, quod demum poſt annum Chriſti quadringenteſimum in Eccleſia illa complementum ſuum accepit; Orientis Eccleſiis aliud interea Symbolum uſurpantibus. 2 Eccleſiam Romanam ſuccinctiori ac breviori Symbolo uti olim potuiſſe, adeoque uſam fuiſſe, quam quod Orientis Eccleſiis neceſſarium fuit, quod hæ pene omne genus Hæreticis vexatæ fuerint, in Romana vero Eccleſia nulla hæreſis exorta ſit, quæ breviorem ipſius confeſſionem aliter quam κατ' ὀρθὴν ἔννοιαν *ſecundum rectam notionem*, ac genuinum Eccleſiæ ſenſum intelligendam doceret. 3 In Romano tamen Symbolo modi illius ſpecialis Filiationis Jeſu Chriſti profeſſionem revera contineri, nempe in verbis illis, *Credo & in Jeſum Chriſtum Filium ejus* (nempe Dei Patris) *unigenitum*. 4 Denique in Symbolo ſive regula fidei, quæ ante Synodum Nicænam in Orientis Eccleſiis antiquiſſimis obtinuit, modum iſtum ſpecialem Filiationis Jeſu Chriſti diſertis verbis traditum ac declaratum fuiſſe.

(3.) Theſim primam abunde confirmavit Vir Summus Joannes Ger. Voſſius in diſſertationibus *ſuis de*

de tribu Symbolis. Diſſert. 1ª. per totam. Ad quam diſſertationem, ne actum iterum agam, lectorem remitto.

Secunda Theſis confirmatur teſtimonio Ruffini, qui ad ſuam Symboli expoſitionem ſic præfatur: *Priuſquam incipiam de ipſis ſermonum virtutibus diſputare, illud non importune commonendum puto, quod in diverſis Eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta. In Eccleſia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum*; *quod ego propterea eſſe arbitror, quod neque* Hæreſis ulla illic ſumpſit exordium; *& mos ibi ſervatur antiquus, eos qui gratiam Baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publice, id eſt, fidelium populo audienti Symbolum reddere*; *& utique adjectionem unius ſaltem ſermonis, eorum qui præceſſerunt in fide non admittit auditus. In cæteris autem locis quantum intelligi datur*, propter nonnullos Hæreticos *addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ ſenſus crederetur excludi.* Hæc ille. Ac ſane conſtat, Simonianos, Cerinthianos, Ebionæos, cæteraſque primævæ Eccleſiæ peſtes, non Romæ, ſed in Oriente, & in Aſia maxime, impia ſua dogmata ſparſiſſe. Hinc Ignatius in Epiſtolis ad Eccleſias Aſiaticas conſcriptis, iſtos Hæreticos paſſim perſtringit: idem vero ad Romanos ſcribens, nullam in illa Eccleſia hæreſim reprehendit. Imo in ipſa ſalutatione Romanos diſerte laudat ob Fidei omnimodam puritatem, dum ipſos dicit ἡνωμένους ἐν πάσῃ ἐντολῇ Ἰησοῦ, πεπληρωμένους πάσης χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένους ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος. i. e. (Uſſeriano Interprete vertente) *Unitos in omni mandato Chriſti, impletos omni gratia Dei indiviſim,*

divisim, & abstractos (vel defæcatos) ab omni alieno colore. Atque hac præcipue de causa, ut arbitror, Ecclesiam Romanam Tertullianus *statu felicem Ecclesiam* appellat lib. de præscrip. adv. hæres. cap. 36. Utinam hæc fælicitas, hæc Fidei puritas Ecclesiæ isti perpetua fuisset! sed proh dolor! nunc Prophetæ divini verbis exclamare possumus, *Quomodo effecta est meritrix Urbs fidelis!* Isai. 1. v. 12.

(4.) Ad Thesim tertiam accedo, atque in ejus probatione diutius immorabor. Certe in Symbolo Romano Christum dici Dei Filium unicum sive unigentium (τὸν μονογενῆ) respectu divinæ suæ naturæ, qua non modo ante Mariam, sed etiam ante omnia sæcula ex & cum Deo Patre extitit; probatu facile est, ex locis Scripturæ ubi vox μονογενὴς reperitur Christo tributa, (non est enim quod suspicemur, Ecclesiam vocem accepisse aliter quam in Scripturis, unde desumpta est, usurpatur) ex vi & proprietate ipsius vocis, ex ordine & contextu verborum in Symbolo ipso, ac denique ex constante ac perpetuo Catholicæ Ecclesiæ sensu atque interpretatione.

Primo, quod ad Scripturas attinet, primus locus ubi vox hæc occurrit Christo tributa est Joh. 1. 14. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Et verbum Caro factum est, & commoratus est inter nos, & vidimus gloriam ejus, ut Unigeniti à Patre.* Ubi manifestum est μονογενὴς παρὰ πατρὸς esse μόνος παρὰ πατρὸς γεννηθεὶς *solus à Patre genitus*, nomine verbali vim verbi obtinente. Qui enim παρὰ πατρὸς referunt ad δόξαν durum nimis hyperbaton,

baton, addo & ellipsin vocis θεολογήσαι, sine ulla necessitate verbis affingunt. μονογενὴς autem παρὰ πατρὸς mihi videtur significantius exprimere Divinam Filii ex Patre generationem, quam si dixisset Apostolus μονογενὴς τοῦ πατρὸς; cum præpositio παρὰ subindicet ἐκ λόγου ita Dei Patris unicum filium esse, ut solus revera ab atque ex ipso Patre genitus fuerit. Ad hæc πρὸς λόγῳ, nempe qui in principio apud Deum & Deus erat & per quem omnia facta sunt, v. 1, 2. hunc titulum tribuit Apostolus. Unde manifestum est Christum respectu Divinæ suæ naturæ, qua ante sæcula extitit, dici μονογενὴς παρὰ πατρὸς *unigenitum à Patre*. Denique non abs re est quod notavit Grotius, Joannem hic Gnosticos perstringere, qui alium faciebant λόγον, alium μονογενῆ, alium Jesum, & μονογενῆ inter suos Æonas ante conditum hunc mundum natos numerabant. Ostendit ergo Apostolus Christum Dominum nostrum solum esse verum λόγον, eundemque verum μονογενῆ παρὰ πατρὸς, quippe qui solus ante sæcula à Patre genitus fuerit. In eundem sensum vox μονογενὴς aliis in locis ubi occurrit, (nempe Jo. 3. 16. & 1 Joh. 4. 9.) exponenda est, idque ipso Episcopio interprete; qui ita ex illis locis ratiocinatur: *Certum est magnifice admodum efferri atque extoli* (*nempe in locis illis*) *charitatem ac dilectionem illam Dei, qua Filium suum unigenitum in mundum misit, atque adeo in mortem ipsam crucis dedit, ad servandum peccatores iræ filios. At si Filius Dei non significet, nisi Jesum, quatenus homo ex Virgine natus fuit, ratio cur dilectio ista tam magnifice efferatur, non ita clare apparet, quam si Filius ille Dei unige-*

nitus

nitus significet Filium, quem Pater ante sæcula genuit. Nam Filius iste, ex Maria Virgine natus, idcirco ex ea natus fuit, ut in mortem daretur pro peccatoribus. At quæ dilectionis ἔξοχὴ in eo est, quod Deus istum Filium suum, quem gigni ex Maria & concipi ex Spiritu S. suo voluit eo fine, ut pro peccatoribus moreretur, in mortem dederit? At vero si Filium Dei concipias, qui ante sæcula genitus fuit à Patre, quem mitti in mundum necesse non erat, cujus dignitas major erat, quam ut mitteretur, aut in carne veniret, nedum ut in mortem traderetur, imo qui Patri, utpote unigenitus atque unicus Filius, carior videbatur, quam ut ab eo in hanc miseriam detruderetur; tum vero vehementer elucet Divinæ charitatis ac dilectionis erga humanum genus splendor ac Gloria. Sic ille: O si sic omnia, si sic semper! Equidem rem attentius perpendenti liquebit, ex hypothesi sive Sociniana, sive Ariana, Deum in hoc negotio amorem ac dilectionem suam potius in illum ipsius. Filium, quam erga nos homines ostendisse. Quid enim? Is qui Christus dicitur ex mera Dei εὐδοκίᾳ & beneplacito in eam gratiam electus est, ut post brevem hic in terris Deo præstitam obedientiam, ex puro puto homine juxta Socinistas, sive ex mera & mutabili creatura, ut Ariomanitæ dicunt, Deus ipse fieret, ac Divinos honores, non modo à nobis hominibus, sed etiam ab ipsis Angelis atque Archangelis sibi tribuendos allequeretur, adeoque in alias creaturas omnes dominium atque imperium obtineret. Addo, neque ipsius Filii Dei unigeniti amorem & charitatem erga nos homines (quæ etiam magnifice passim celebratur

lebratur in S. Scripturis, ac maxime in loco illo Epistolæ ad Ephes. c. 3. v. 18, 19.) clare elucere, nisi concipiamus Filium Dei, qui ante sæcula ex Patre genitus est, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cœlis & incarnatus est, &c. At vero hoc modo Filii Dei *eminentissima in figmentum suum dilectio* (ut Sanctum Irenæum paulo superius loquentem audivimus) clarissime conspicitur; sed istud obiter. Cæterum non video, quomodo Episcopius cum Episcopio conciliari possit. In locis Scripturæ, ubi Christus Filius Dei unigenitus dicitur, contendit Filium Dei unigenitum omnino significare Filium, quem Pater ante sæcula genuit, ac proinde in titulo illo modum istum specialem Filiationis Jesu Christi contineri. Ubi vero in Symbolo, quod ex scripturis confectum est, fidem nostram profitemur in Christum Filium Dei unigenitum, in verbis illis modum istum specialem Filiationis Jesu Christi contineri prorsus negat.

Secundo, Christum in Symbolo *unicum* sive *unigenitum* Dei Filium dici respectu Divinæ suæ naturæ, probari potest ex vi & proprietate ipsius vocis. Nam μονογενὴς unigenitus is dicitur, qui solus sine ὑότητος κοινωνία filius est, hoc est, quem Pater unicum habet, qui in genere filiationis, ex quo filius appellatur, fratrem non habet; quique porro natura sit filius, ex ipso patre genitus, non ὑοποιητὸς Filius ascitus, sive adoptatus. Atqui sic Christus Filius Dei *unigenitus* dici non potest, nisi Divinam ejus ex Patre generationem respicias. Ei enim, quatenus homo est, titulus ille non convenit. (5.)

nit. Quod ut luculentius appareat, expendemus quatuor istos modos, quibus Christum, etiam qua homo est, Filium Dei κατ' ἐξοχὴν in scripturis dici contendit Episcopius.

Primus modus est, *quia quatenus homo est, ex Spiritu S. conceptus est.* Et citat Luc. 1. v. 35. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Resp. Nihil dicam impræsentiarum de Justini Martyris & Tertulliani ejus loci interpretatione, qui πνεῦμα ἅγιον & δύναμιν ὑψίστου exponunt de ipso τῷ λόγῳ. Ut neque de Novatiani criticismo in particula καὶ emphasin statuentis. Quod respondeo, illud est; ut Christus ibi, quatenus homo, dicatur *Filius Dei*, ratione conceptionis suæ in utero B. Virginis per Spiritum Sanctum; non tamen ibi dicitur Filius Dei *unicus* sive *unigenitus*. Verum, (inquit Episcopus) *hæc* ἐξοχὴ (nempe qua Dei virtute in utero Virginis formatus erat) *propria est Jesu Christo homini, cui nulla alia aut similis fuit, aut erit unquam*, Regero, illud verum non esse. Quid enim? Caro Christi divina potentia ac virtute sine Patre in utero Virginis concepta ac formata fuit. Annon primus homo sine Patre & Matre Dei ipsius manibus formatus fuit? Annon idcirco Dei Filius diserte dicitur Luc. 3. v. 38. Non ergo in hoc sita est ἐξοχὴ illa Jesu Christi, qua Filius unicus sive unigenitus appellatur; imo hac ratione primus Adam secundo quodammodo superior erit; Cum ille à Deo sine patre & matre, hic sine patre tantum factus fuerit. Præclaram istam primi hominis genituram eleganter describit Philo Judæus libro περὶ ἀφθαρσίας de ipso sic loquens:

Vide Justini Apol. 2. p. 75. & Tertul. adv. Prax. cap. 26. Novat. de Trin. cap. 29.

quens: ὃς ἕνεκα εὐγενείας οὐδενὶ θνητῷ σύγκριτος, χερσὶ μὲν θείαις εἰς ἀνδριάντα τὴν σωματοειδῆ τυπωθεὶς ἀκρότητι τέχνης πλαστικῆς· Ψυχῆς δὲ ἀξιωθεὶς ἀπ' οὐδενὸς ἔτι τῶν εἰς γένησιν ἡκόντων, ἐμπνεύσαντος Θεοῦ τῆς Θείας δυνάμεως ὅσον ἐδύνατο δέξασθαι θνητὴ φύσις· ἦν ἄρ' οὐχ' ὑπερβολὴ τῆς εὐγενείας, μηδεμιᾶς τῶν ἄλλων αἱ δὴ ὠνομάθησαν εἰς σύγκρισιν ἐλθεῖν δυναμένης; τῶν μὲν γὰρ τὸ κλέος ἐκ προγόνων εὐγενείας· ἄνθρωποι δὲ οἱ πρόγονοι, ζῶα ἐπίκηρα καὶ φθαρτὰ, καὶ αἱ τούτων ἀβέβαιοι καὶ ἐφήμεροι τὰ πολλὰ εὐπραγίαι· τοῦ δὲ πατὴρ μὴ θνητὸς οὐδεὶς, οὐδὲ αἴτιος, ἀλλ' ἢ Θεός. i. e. *Qui nulli non mortali præferendus est, quantum ad nobilitatem attinet, artificio summo formatus Dei manibus in statuam corpoream; animam vero adeptus non ullius creaturæ beneficio, sed inspirante ipso numine divinæ virtutis quantum natura mortalis capere poterat. Annon igitur nobilissimus, cui ne conferri quidem licet hac parte quemquam alium? Nam cæterorum decus descendit à majoribus: majores autem eorum fuere homines, animalia mortalia, temporis momento fælicitatem, si qua fuerat, amittentia: illi vero nemo parens auctorve vitæ, nisi Deus fuit.* Hinc S. Irenæus affirmat Christum hominem secundum Adamum, in generatione sua conformem fuisse factum primo Adamo, non quidem ἐκ παντὸς, sed servata similitudine, quantum fieri poterat, & οἰκονομία salutis nostræ pateretur. Nam lib. 3. cap. 31. postquam observasset quemadmodum Protoplastus è Terra adhuc Virgine (h. e. nondum opere compressa, nondum sementi subacta, ut Irenæum interpretetur Tertullianus lib. de carne Christi) Dei ipsius manibus formatus fuit; ita Christum primi Adami instauratorem, qua homo erat,

ex

ex Maria Virgine per Spiritum Sanctum effectum fuisse; paulo post hæc subjungit: εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐκ γῆς ἐλήφθη, πλασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἔδει κὴ τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτὸν τοῦτο τὸ Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τὴν γνώσεως ἔχειν ὁμοιότητα· εἰς τί δὴν πάλιν οὐκ ἔλαβε χοῦν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἐνήργησε τὴν πλάσιν γενέσθαι; ἵνα μὴ ἄλλη πλάσις γένηται, μὴ δ' ἄλλο τὸ σωζόμενον, ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνακεφαλαιωθῇ, τηρουμένης τῆς ὁμοιότητος. *At vero cum ille ex terra sumptus, atque à Deo effictus sit; oportebat utique eum, qui hominem à Deo effictum in seipso instauraret, eandem cum illo generationis similitudinem habere. Cur igitur pulverem terræ non rursus assumpsit Deus, verum effecit, ut formatio ex Maria fieret? Nimirum ne alia formatio existeret, aut aliud esset cui salus afferretur; sed ille ipsemet instauraretur, servata similitudine.* Nequaquam igitur in hoc sita est summa illa ἐξοχὴ filiationis Servatoris nostri, propter quam ὁ μονογενὴς unigenitus ille sive unicus Dei Filius appellatur, quod ex Maria Virgine virtute altissimi sine homine patre productus fuerit; siquidem hactenus primus homo ei par erat, & quodammodo superior; sed in generatione longe longeque sublimiori, qua scilicet non modo ante Mariam, sed ante ipsum Adamum, adeoque ante omnia sæcula Filius Dei fuerit. Certe si originem utriusque spectes, nullatenus antecessit secundus primo Adamo, nisi hoc uno omnium quidem maximo discrimine, quod hic fuit ψιλὸς ἄνθρωπος purus putus homo, ille θεάνθρωπος homo simul & Deus. Quicquid accessit humanæ naturæ secundi Adami, quo priorem superavit, illud totum tribuendum erat unioni illi, qua Christi anima cum

τῷ

τῷ λόγῳ ſive Divina perſona unigeniti Dei Filii ἄκρᾳ καὶ ἀνυπερβλήτῳ κοινονίᾳ (ut unionem hypoſtaticam exprimit Origenes) conjuncta fuit. Ita ſane (ut obiter id notem) inter primum & ſecundum Adamum comparationem inſtituit Divinus Apoſtolus 1. Cor. 15. v. 47. *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo* ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ *Dominus ille de cœlo.* Fruſtra omnino ſunt, qui ſecundum Adamum *de cœlo* dici volunt, quod divina prorſus & cœleſti virtute ſine patre conceptus ac natus fuit ex Maria Virgine; nam hac ratione de cœlo etiam fuiſſet primus homo, ut modo vidimus. Quid vero ſit *de cœlo eſſe*, ut illud opponitur τῷ *de terra terrenum eſſe*, ſatis liquet ex verbis S. Joannis Baptiſtæ, ſe itidem ut Adami Filium, cum Domino Chriſto conferentis Jo. 3. v. 31. *Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt; qui de terra eſt, terrenus eſt & terrena loquitur: qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt.* Confer omnino cap. 1. v. 30. Præterea nullus dubito, quin ὁ ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ idem ſit, qui à Cabaliſtis Hebræis appellatur אדם העליון יתברך *Adam ille ſupernus, qui benedictus eſt*: qua periphraſi Hebræis non niſi verus Deus deſignatur. Certe enim quæ Cabaliſtæ tradiderunt de conjugio ſuperni illius Adæ benedicti cum כנסת h. e. congregatione Iſrael, terreſtris Adami & Evæ conjunctione myſtice ſignificato, hæc eadem ab Apoſtolo Eph. 5. v. 32. ad unionem Chriſti & Eccleſiæ manifeſte referuntur. Eodem autem ſenſu verba Apoſtoli de Chriſto v. 45. accipienda ſunt: *Factus eſt Adamus primus homo* εἰς ψυχὴν ζῶσαν *in animam viventem*; *noviſſimus vero Adamus*

εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν *in Spiritum vivificantem.* Factus est in animam viventem, id est, (notissimo Ebræorum idiomate) erat primus homo anima vivens, novissimus, Spiritus vivificans. Sensus est, fuit primus Adam homo tantum; secundus, plusquam homo, nempe *Spiritus vivificus*, hoc est, Deus. πνεῦμα Spiritus in Christo, ut sæpe monuimus, passim in scripturis ut etiam in primi sæculi Scriptoribus, Divinam in ipso naturam denotat; cui etiam proprium est, quod hic dicitur, vivificare sive vitam dare hominibus, cujus respectu alibi quoque Christus dicitur ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς *Author vitæ*, Act. 3. 15. & ζωὴ vita ipsa Jo. 1. v. 4. Author ille est vitæ omnis nostræ, naturalis, Spiritualis & æternæ; ut rem eleganter expressit Clemens Alex. in Protreptico: λόγος ὁ καὶ τὸ ζῆν ἐν ἀρχῇ μετὰ τοῦ πλάσαι παραχὼν ὡς δημιουργὸς, τὸ εὖ ζῆν ἐδίδαξεν ἐπιφανεὶς ὡς διδάσκαλος, ἵνα τὸ ἀεὶ ζῆν ὕστερον ὡς Θεὸς χορηγήσῃ. i. e. *Verbum quod in principio vitam in creatione ut opifex dedisset, postquam tanquam Magister se manifestavit, bene vivere docuit, ut æternam vitam tandem ut Deus suppeditaret.* Hæc interpretatio, ut ex verbis textus ipsius necessario exurgit, ita contextui etiam apprime congruit. Dixerat Apostolus duplex esse corpus, animale & Spirituale; quod hic ostendit ex contrariis causis. Nam sicut ex primo Adamo, puro puto homine & corpore saltem sua natura animali ac mortali constante, hæc nostra corpora animalia & mortalia accepimus: ita à Christo secundo Adamo, qui plusquam homo est, cui inest Divina natura omnis vitæ fons, corpora Spiritualia olim accipiemus. Certe transmutatio vilium

corporum

corporum noſtrorum in glorioſi ſui corporis ſimilitudinem per Chriſtum in reſurrectione perficienda, omnipotenti ipſius virtuti, quæ non niſi ut Deo ipſi competere poteſt, diſerte tribuitur Phil. 3. 21. Vana eſt autem interpretatio, quam ex Sociniſtarum lacunis hauſit Grotius, nempe Chriſtum tum demum factum fuiſſe πνεῦμα ζωοποιῦν *Spiritum vivificantem*, poſtquam à mortuis ſuſcitatus, in cœlum aſcendiſſet. Nam primo ſatis manifeſtum eſt, Apoſtolum loqui de utriuſque Adami, ut ita dicam, primigenia natura, non de alterutro qualis poſtmodum factus eſt. Deinde qui *Spiritus vivificus* non ſemper fuit, talis nunquam fieri potuit. *Deus factus* inter Socinianorum & Arianorum portenta numerandus eſt, à quibus ſana ratio non minus quam vera religio abhorret. Denique certum eſt, Chriſtum fuiſſe πνεῦμα ζωοποιῦν *Spiritum vivificantem* etiam ante reſurrectionem ſuam: nam ut talis ſuum ipſius corpus à morte ad vitam revocavit Jo. 2. v. 19. Unde illud Ignatii Apoſtolorum diſcipuli in Epiſtola ad Smyrnæos de Chriſto loquentis ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν. *Vere paſſus eſt, ut & vere* reſuſcitavit ſeipſum. Reſuſcitatio quidem corporis Chriſti à mortuis etiam Deo Patri in Scripturis tribuitur. Quid mirum? Quicquid agit Filius, à Patre agit; Quicquid vero facit Pater, per Filium facit. Hinc & creatio rerum omnium & Patri & Filio tribuitur; quod ſcil. Pater per Filium univerſa condidit. Sed eo redeo, unde paululum digreſſus ſum. Sane in iſta ex Maria Virgine nativitate ſuprema & ſingularis ἐξοχὴ atque excellentia Filiationis Domini

nostri adeo non consistit, ut ea ipsa nativitas ad ejus stupendam συγκατάβασιν omnino referenda sit. Hoc nos satis aperte docent, si modo à Spiritu S. edoceri velimus, multis in locis S. Literæ. Neque illud diffitetur Episcopius. Ita semper credidit inde ab ipsis Apostolis Catholica Christi Ecclesia. Hinc Justinus loco supra à nobis laudato, Christianorum de Christo fidem hanc esse ait, qua scil. *agnoscunt Christum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam fuit,* καὶ διὰ τ παρθένο τ ἀπὸ γένους τῦ Δαβὶδ γενεαλογίαν σαρκοποιηθεὶς ὑπεμείνη; *& ex Virgine illa ex genere Davidico caro factus* Nasci sustinuit. Sic Irenæum quoque paulo ante citavimus affirmantem, Christianos omnes ubique gentium, in sua fidei regula fidem professos fuisse *In Filium Dei, per quem Deus Pater cuncta creavit, qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem, eam quæ est ex Virgine generationem Sustinuit.* Hinc sex illi Episcopi celeberrimi ex Concilio Antiocheno in Epistola, quam non sine consensu totius synodi ad Paulum Samosatensem scripserunt, hanc fuisse universæ Ecclesiæ consentientem doctrinam ac fidem summa cum παῤῥησία pronuntiant. Verba enim eorum de Christo loquentium hæc sunt: ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ὑπὸ τ ὐρανὸν πάσῃ πεπίστευται Θεὸς μὲ κενώσας ἑαυτὸν ἀπ᾽ τ ἴδ) ἴσα Θεῷ, ἄνθρωπος δὲ γ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ χ᾽ σάρκα. i. e. *In universa Ecclesia, quæ sub cælo est, creditur Deus esse, qui seipsum exinanivit, ab æ statu in quo Deo æqualis fuit; & homo factus, idque ex semine Davidis quod ad carnem attinet.* Denique hinc hodieque canit, semperque, rumpantur licet Sociniani & Ariomanitæ, canet Ecclesia:

Ju

Tu rex gloriæ Chriſte:
Tu Patris ſempiternus es Filius:
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem,
Non horruiſti Virginis uterum.

Atque de primo modo, quo Chriſtum, qua homo eſt, Dei Filium in ſcripturis dici obſervavit Epiſcopius, hactenus.

Secundus modus eſt, *quia Jeſus Chriſtus ratione muneris iſtius, quod à Patre ſpeciali mandato ei impoſitum fuit, filius Dei vocatur Jo. 10. v. 35. 36.* Reſpondeo. 1° Chriſtum hac ratione proprie dici non poſſe filium à Deo *genitum*, nedum *unigenitum*. Qui hoc modo filius eſt, gratia tantum filius eſt, non natura. 2do Hac ratione Chriſtum multos fratres habuiſſe, nempe omnes quotquot unquam in Reges aut Prophetas à Deo uncti fuerunt, aut ſpeciali aliquo mandato ad populum Dei miſſi. In hoc genere filiationis, Chriſtus præcipuus, principalis, & longe excellentiſſimus Dei filius, non vero unigenitus dici potuit. Verum 3^tio^ Locum citatum penitius introſpicienti liquebit, Chriſtum ibi ſe non dixiſſe, aut credi voluiſſe Dei Filium, propterea imprimis, quod à Deo tanquam ejus Legatus extraordinaria authoritate inſtructus ac munitus, ad homines miſſus fuerit; ſed longe alia atque excellentiori ratione, qua ſcilicet antequam in mundum mitteretur, apud Deum Patrem extiterit, ut verus, genuinus ac coeſſentialis ejus Filius, adeoque Deus ipſiſſimus. Neque illud prorſus neſcivit Epiſcopius, qui alibi ex hoc loco argumentum Divinæ (6.)

Jeſu noſtri filiationis contra Sociniſtas ipſe deprompſerit. Sed hoc ipſum paulo fuſius atque clarius quam ab illo factum eſt, obiter demonſtraſſe, operæ fortaſſe pretium erit.

Manifeſtum eſt Servatorem noſtrum in ſuperioribus nempe v. 25. uſque ad v. 30. incluſive, ſic locutum fuiſſe ad Judæos, ut ii nihil aliud aut intellexerint aut crediderint ab ipſo dici, quam ſe Deum eſſe. Verba eoram ſunt. v. 33. *Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam: quia ſcil. tu, homo cum ſis, teipſum facis Deum.* Nempe ſæpius Deum vocaverat διαλεκτικῶς Patrem ſuum, & ſe & Patrem paulo ante unum eſſe dixerat. Jam diligenter obſervandum eſt, Chriſtum non reſpondiſſe, quod, niſi ſe vere Deum eſſe ſciviſſet, reſpondendum omnino erat, nempe ſe revera Deum non eſſe, neque pro Deo unquam ſemet venditaſſe; (hac enim reſponſione, ſi vera fuiſſet, placare Judæorum iram facile potuiſſet, & debebat quoque blaſphemiam ſibi objectam apertiſſimis verbis & cum abominatione rejicere) ſed contra non obſcure ſignificaſſe, ſe ipſiſſimum quidem Dei Filium & conſequenter Deum eſſe. Nam ſe defendit adverſus Judæos duplici ratione.

Primum, argumento ex ipſorum lege ſumpto, nempe ex Pſal. 82. v. 6. *Reſpondit eis Jeſus, nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, ego dixi Dii eſtis?* Qui locus videtur de judicibus magni Synedrii intelligendus, ut recte monuit Grotius. Ex hoc autem loco iſta Chriſtus in ſui defenſionem argumentatur v. 35, 36. *Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolvi Scriptura,* Mene, *quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum,*

mundum, vos dicitis blasphemare, quia dixi Filius Dei sum? Argumentum à minori ad majus manifeste ducitur in hunc modum: si illi qui nihil in se divini habuere, nempe Judices magni Synedrii, ad quos in loco isto Psalmorum sermo fit, (nam Capello adstipulor, qui sensit, articulum vocis ὁ λόγος vim hic ἀναφορικὴν habere, ut referatur ad Psal. 82. quem v. 34. citaverat Christus) ideo tantum quod imperii atque authoritatis Divinæ imperfectam quandam in se imaginem referrent, Dii appellantur; quanto magis ego, qui naturalis Dei Filius, atque insuper excellentissima ratione à Deo Patre authorizatus sum, Dei Filius adeoque Deus vocari possum? Cæterum hoc ipsum Christus disertis quidem verbis non dixit, sed non obscure significavit in verbis: *Mene quem Pater sanctificavit & misit in mundum.* Non enim (N. B.) dicit, *Mene quem Deus sanctificavit*, sed *mene quem Pater sanctificavit*, indicans, se non ideo imprimis Deum pro Patre suo habuisse, quod à Deo sanctificatus (h. e. segregatus & designatus ad munus sibi impositum) & in mundum missus fuerit; sed contra à Deo jam Patre suo & sanctificatum & in mundum missum fuisse. Præterea nullus dubito quin Maldonatus in verbis, *& misit in mundum*, Emphasim recte statuerit, qua significetur, Christum esse Dei Filium non cæterorum modo in terra, sed in cœlo natum, indeque in hunc mundum missum. Ita enim Dominus discipulos suos alloquens, se clarius explicat Jo. 16. v. 28. *Egressus sum à Patre & veni in mundum*; *& rursus relinquo mundum & vado ad Patrem.* Quibus verbis significasse Christum,

ſtum, ſe in potiore ſua natura in cœlis apud Deum idque ut Patrem ſuum extitiſſe, antequam in hunc mundum primum veniret, hoc eſt, homo natus fuiſſet, nemo eſt, niſi cui lema Sociniana in oculis ſit, qui non facile perſpiciat. Confer Jo. 3. v. 13.

Pergit vero in ſui defenſione Dominus, ac Divinitatem quam cum Patre communem habet, altero argumento adſtruit, à miraculis ſuis deducto. v. 37, 38. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; ſin vero illa facio, etiamſi mihi non credatis, operibus tamen credite; ut cognoſcatis & credatis Patrem in me eſſe, & me in eo.* Q. D. Quod me Dei Patris Filium δικειτικῶς appellaverim, adeoque me & Patrem unum eſſe dixerim, ea propter blaſphemiæ me poſtulatis. Quod quidem fortaſſe non immerito facere videremini, ſi Divinitatem meam verbis ſolummodo, non etiam factis adſtruerem. Cum vero etiam eadem omnipotentiæ opera cum Patre meo efficiam, cur me ejuſdem cum ipſo naturæ eſſe non creditis? A vobis non poſtulo ut meo de memet teſtimonio credatis, ſed ut ſaltem ex operibus meis perſuaſum habeatis, Patrem in me eſſe & me in eo, hoc eſt, me & Patrem unum eſſe, quod ante dixi.

Ex his perſpicuum eſt, Dominum noſtrum Judæis blaſphemiæ crimen ipſi impingentibus, quod ſe Dei Filium δικειτικῶς appellaverit, ſeque adeo Deum eſſe non obſcure ſignificaſſet, ita reſpondiſſe, ut hoc ipſum, nempe ſe ejuſmodi Filium Dei eſſe, adeo non negaverit, ut fortiſſimis argumentis adſtruxerit. Quod etiam ipſi Judæi (qui hebe-

tes

tes licet & ſtupidi ſatis, Sociniſtas qui mortalium perſpicaciſſimi videri volunt, craſſiſſimæ profecto ἀλογίας condemnent) probe intellexerunt. Hinc enim tantum abfuit, ut Chriſtum ob hanc ipſius reſponſionem à crimine blaſphemiæ abſolverint, ut contra, ipſum propterea, tanquam blaſphemum, rurſus de medio tollere aggreſſi ſint. Sequitur, enim v. 39. *Quærebant ergo eum iterum apprehendere, ſed exivit de manibus ipſorum.* Cum Evangeliſta dicit οὖν *ergo*, indicat, Judæos illis ipſis verbis, quæ in ſui defenſionem dixerat Servator noſter, iterum irritatos, ipſum apprehendere voluiſſe, ut abductum extra templum (ubi hunc ſermonem habuerat v. 23.) lapidibus obruerent. Nam fruſtra omnino eſt Grotius, qui verba interpretatur, quaſi Judæi, quod Dominus blaſphemiæ crimen ita ſolviſſet, ut ne ſpecies quidem reſtaret, concilium de lapidatione tanquam in blaſphemum mutarint, dederintque operam, ut eum captum traderent Synedrio aliud aliquid crimen reperturo. Neque enim Judæi ideo Chriſtum apprehendere voluerunt, ut Synedrio ſiſterent, ſed ut in locum abducerent, ubi ipſum ſine ſacrilegio occiderent. Templum enim intra cujus limites ſtetit ac locutus eſt Dominus, erat omni ex parte ſacrum, neque ulla cæde aut ſanguine polluendum. Confer Act. 21. 30. Præterea vox πάλιν *iterum* ſatis oſtendit Judæos voluiſſe rurſus illud in Chriſtum facere, quod & antea facturi erant, hoc eſt, lapidare ipſum voluiſſe v. 31. Quo etiam in loco vox πάλιν occurrit, atque aliud porro tempus manifeſte deſignat, quo Judæi ex ſimili occaſione voluerunt Chriſtum lapidibus obruere,

ruere, de quo legere eſt Jo. 8. v. 59. Nam ibi etiam ex Chriſti ſermone, ſe ante Abrahamum fuiſſe dicentis v. 58. Judæi recte judicarunt, Chriſtum naturam quandam in qua ante Abrahamum extiterit, hoc eſt, Divinam ſibi tribuiſſe, adeoque Deum ſe dixiſſe.

(7) Pergo ad tertium modum, quo Chriſtum, etiam quatenus homo eſt, in Scripturis Dei Filium dici Epiſcopius animadvertit, nempe *quia à Patre ex mortuis ad vitam immortalem ſuſcitatus, & veluti ex utero terræ, nulla mediante matre genitus denuo eſt Act.* 13. *v.* 32, 33. Reſp. Chriſtus hac ratione Filius Dei unigenitus dici non potuit, ſiquidem hoc ſenſu pii omnes, qui reſurgunt, dicuntur *Filii Dei, quia Filii reſurrectionis ſunt.* Luc. 20. v. 36. Ratione quidem reſurrectionis ſuæ Chriſtus homo dici potuit *primogenitus*, ſcil. ex mortuis, adeoque diſerte dicitur Col. 1. v. 18. quia omnium mortuorum primus à morte ad vitam rediit, nunquam deinceps moriturus. Ad hæc, in locis ſcripturæ, in quibus vox μονογενὴς occurrit Chriſto tributa, Deus Pater dicitur Filium ſuum unigenitum in mundum miſiſſe atque hominibus dediſſe, Jo. 3. 16. 1 Ep. Jo. 4. 9. Itaque unigenitus Dei Filius erat, cum in hunc mundum primum veniebat, non tum demum, poſtquam per mortem ex hoc mundo ſublatus, ac deinde ex mortuis ſuſcitatus, ad alterum, hoc eſt, cœleſtem mundum migraturus erat.

Cæterum cum in loco ab Epiſcopio citato nempe Act. 13. v. 32, 33. Apoſtolus Paulus verba Davidis in Pſalmo 2do *Tu es Filius meus, ego hodie te genui*, Chriſti ex mortuis reſurrectioni accom-

accomodat; contra novos Artemonitas notandum est, id non ita accipiendum esse quasi demum per ac post resurrectionem Christus cœperit esse excellentissimo modo Dei Filius & ab eo gigni; sed quia tum potentissime per resurrectionem verus atque unigenitus Dei Filius declaratus atque ostensus fuerit. Hic enim est Scripturæ mos, ut res tum dicantur fieri, cum manifestantur & sese produnt. Hinc Justinus Martyr, ut alibi observavimus, in Dialogo cum Tryphone citato Psalmistæ loco, continuo subdit. τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξότου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι. *Tum nativitatem ejus contingere hominibus affirmans, cum Notio ejus contingat.* Ita sane Paulus ipse semet interpretatur in Epist. ad Rom. cap. I. v. 3. 4. περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιοσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. *De Filio suo, qui factus est ex semine Davidis secundum carnem; definitus vero sive declaratus fuit Filius Dei potenter, secundum Spiritum Sanctitatis, per resurrectionem ex mortuis.* Ubi ὁρισθέντος idem esse ait Chrysostomus quod δειχθέντος, ἀποφανισθέντος, κριθέντος ἀπὸ τῆς ἁπάντων γνώμης καὶ ψήφου. *Qui demonstratus, declaratus, judicatus est omnium sententia & suffragio esse Filius Dei.* Sic & Græcorum Scholia: ὁρισθέντος, τοῦτ' ἔστιν, ἀποδειχθέντος, ἀποφανισθέντος. *Definiti*, h. e. *demonstrati, declarati.* Syrus quoque vertit, *qui agnitus est*: & in eundem sensum versio Æthiopica *quem declaravit* scil. Deus Pater, *esse Filium Dei.* Solus Latinus Interpres (contra fidem Codicum Græcorum omnium) reddit, *Qui prædestinatus est Filius Dei*, quasi in textu scriptum

scriptum esset προορισθέντος. Cujusmodi vero Dei Filius per resurrectionem declaratus fuit Christus ac demonstratus? Certe Filius Dei, Deo Patri suo coessentialis, qui proinde Deus ipse sit. Quemadmodum enim hoc in loco κατὰ σάρκα *secundum carnem*, donotat humanam Christi naturam, sic etiam κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης *secundum Spiritum Sanctitatis* Divinam ejus naturam designat: ac sicut *secundum carnem* Christus Davidis ex semine, hoc est, Filius Davidis; ita *secundum Spiritum Sanctitatis*, Dei Filius dicitur. πνεῦμα *Spiritum* in Christo, præsertim cum carni ejus opponitur, Divinam ejus naturam denotare, toties observavimus, ut non opus sit de eo rursus lectorem moneamus. Neque mirum videri debet, quod Christus, qua Filius Dei & Deus est, hic appelletur etiam *Spiritus Sanctitatis*, quam appellationem tertiæ Divinitatis personæ plerumque tribuimus, siquidem eadem Divina Spiritualis & Sancta natura unicuique Trinitatis ὑποστάσει communis est. Unde & ab Herma, Pauli coætaneo, Divinam personam Filii Dei *Spiritum Sanctum*, & ab Ignatio, viro quoque Apostolico & dictionis Paulinæ sedulo æmulatore, πνεῦμα ἄμωμον *Spiritum immaculatum* diserte dici, observavimus Def. Fid. Nic. Sect. 1. c. 2. §. 5. Cæterum hunc Pauli Apostoli textum idem Ignatius omnino respexisse ejusque veluti paraphrasin quandam tradidisse mihi videtur in illustri loco, quem aliquoties in hoc opere & alibi citavimus, Epistolæ ad Ephesios: εἷς ἰατρός ἐστι, σαρκικὸς καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς (ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς *legunt Athanasius, Theodoretus & Gelasius*) ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀλη-

θινή,

σὰρξ, καὶ ἐκ Μαρίας, καὶ ἐκ Θεοῦ *unus eſt medicus carneus & Spiritualis, genitus & ingenitus, in carne (ſive in homine) Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo.* Hic, ut apud Paulum, duplex Chriſto natura tribuitur, σαρκικὴ καὶ πνευματικὴ *Carnea & Spiritualis*: juxta carneam naturam, hoc eſt Paulo κατὰ σάρκα, Chriſtus genitus ſive factus & homo mortalis appellatur: ſecundum Spiritualem naturam, quod Paulo eſt κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ingenitus ſive non factus, vita vera, adeoque Deus dicitur: ut Carneus ex Maria, hoc eſt, ex ſemine Davidis; ut Spiritualis ex Deo, hoc eſt, Dei Filius dicitur. Confer 1 Tim. 3. 16. 1 Pet. 3. 18, 19, 20.

Reſtat quartus atque ultimus modus, quo Chriſtum hominem Dei Filium in Scripturis dici voluit Epiſcopius, nempe, *quia Jeſus Chriſtus ex morte ſuſcitatus, hæres ex aſſe conſtitutus eſt in domo patris ſui, ac proinde bonorum omnium cœleſtium, & Patris ſui miniſtrorum omnium ſcil. Angelorum Dominus. Heb. 1. v. 2.* Reſp. Chriſtum hac tantum ratione *proprie* dici non potuiſſe Dei Filium, nedum ejus Filium unigenitum. Hæres enim non eſt neceſſario verus ac naturalis, nedum unigenitus ejus Filius, cujus hæres eſt. Siquidem agnatus quiſpiam, aut etiam extraneus in hæredem adſciſci atque aſſumi poteſt. Deinde Dominus noſter, ut paulo ſuperius dictum eſt, fuit Dei Filius unigenitus, cum primum à Patre ſuo in hunc mundum miſſus fuit; non igitur tum demum Filius Dei unigenitus factus eſt, cum in cœleſtem Patris ſui domum receptus, hæres ibi ac Dominus omnium conſtitutus fuit. (8.)

Ad locum autem quod attinet Epiſtolæ ad Hebræos (9.)

bræos cap. 1. v. 1, 2. non ibi dicitur Chriſtus Dei Filius, nedum unigenitus, quod hæres omnium conſtitutus fuit; ſed contra is hæres factus dicitur, qui prius Filius fuit, idque Filius, per quem Deus Pater ſæcula condiderat, quique adeo ante ſæcula fuit. Verba ſunt: *Deus in hiſce ultimis diebus locutus eſt nobis per Filium ſuum, quem conſtituit hæredem omnium*, δι' ὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν *per quem etiam ſæcula condidit*, ſeu condiderat. Ubi interpretatio Sociniſtarum, Deum nempe dici per Filium ſæcula condidiſſe, quod per ipſum genus humanum reformavit atque inſtauravit & in novum quendam ſtatum tranſtulit; prodigioſum eſt commentum. Sane juramento aliquis tuto affirmare poſſit, ex Hebræis, ad quos ſcripta fuit illa Epiſtola, ne unum quidem fuiſſe, qui Scriptoris verba hoc ſenſu intellexerit, aut vel per ſomnium cogitaverit, per τοὺς αἰῶνας *ſæcula* ſignificatum fuiſſe tantum genus humanum, nedum ejus partem illam, cui tunc temporis Evangelii lux affulſerat. οἱ αἰῶνες *ſecula* pro rerum creatarum univerſitate eſt hebraeiſmus, qui & rurſus in hac ad Hebræos Epiſtola occurrit, cap. 11. v. 3. πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, *per fidem intelligimus conſtructa fuiſſe ſæcula verbo Dei.* Neque alibi, ut opinor, vel in ſacris literis N. Teſtamenti, vel apud Græcum ullum ſcriptorem profanum τοὺς αἰῶνας iſto ſenſu dici reperias. In Judæorum autem Liturgia Deus רב העולמים *Dominus* τῶν αἰώνων *ſeculorum*, hoc eſt, *rerum omnium creatarum*, paſſim dicitur. Faciunt nempe illi, ut ab Hebraicæ literaturæ peritis obſervatum eſt, triplicem עולם *Æonem* ſeu

ſeu mundum. Primus eſt עולם השפל *mundus inferior*, h. e. Regio iſta elementaris. Secundus eſt עולם התיכון *mundus medius* orbes ſcil. cœleſtes. Tertius eſt עולם העליון *mundus ſuperior* nempe domicilium Divinæ majeſtatis & Angelorum, quod Apoſtolus vocat *tertium cœlum* 2 Cor. 12. 2. Hos igitur omnes αἰῶνας, hæc omnia ſæcula, has mundas omnes Deum Patrem per Filium ſuum condidiſſe, divinus Scriptor voluit docere. Quod & rurſus in eodem capite diſerte affirmat v. 10, 11, 12. ubi ait ad Dei Filium dicta fuiſſe iſta Pſalmiſtæ verba: *Tu in principio, Domine, terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, Tu autem permanes, & omnes ut veſtimentum veteraſcent: ac veluti amictum complicabis eos, & mutabuntur: Tu autem idem es, & anni tui non deficient.* Pſal. 102. Quid hic rurſus faciunt hæretici? Antiquum obtinent. Negant enim citatam Pſalmiſtæ periochen ad Dei Filium dictam fuiſſe; ejuſque tantummodo partem illam, quæ eſt de re nondum facta ſed olim futura, nempe mundi abolitione, ad Filium ab Auctore accommodari affirmant. Verum (ut taceam manifeſtum Authoris inſtitutum eſſe Filii Dei præſtantiam ex iis rebus demonſtrare quæ ipſi jam actu competerent; quin & creationem & abolitionem mundi pariter eſſe opus divinæ omnipotentiæ, quæ nulli creaturæ communicari poſſit) quid hoc eſt aliud, quam divino Scriptori, veluti in os, impudenter contradicere? Atqui, inquiunt, nimis manifeſtum eſt, iſta Pſalmiſtæ verba ad ſummum Deum, nempe Deum Patrem dicta fuiſſe. Eſto. Quid tum? An inde ſequitur, non

etiam

etiam ad filium Dei dicta fuisse? Imo contra, quicquid Deo Patri, ut rerum omnium conditori, dictum est, etiam Dei Filio dictum fuit, siquidem Deus Pater per Filium universa condidit, ut Author supra dixerat. Cæterum quanquam Psalmus iste 102 nihil aliud esse videatur, quam oratio seu populi seu Prophetæ Deo supplicantis pro restauratione civitatis Hierosolymitanæ à Chaldæis eversæ, tamen (ut à plerisque interpretibus observatum est) sicut terrena Jerusalem figura fuit Ecclesiæ Christi, sic ea quæ in Psalmo de restauratione terrenæ Jerusalem dicuntur, mystice referenda sunt ad ædificationem Spiritualis & supernæ Jerusalem, hoc est, Ecclesiæ quæ Christi civitas ac regnum est. Etenim non nisi in Christo & Ecclesia perfecte implentur ista hujus Psalmi. *Tu exurgens, Domine miserebéris Sion*; *quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.* Et *Timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam*; *quia ædificavit Dominus Sion*; *& videbitur in Majestate sua.* Et *Dominus de cœlo in terram aspexit, &c.* Item *in conveniendo populos in unum, & Reges ut serviant Domino.* Quare & reliqua quæ ibi de Deo dicuntur, ad Christum pertinent. Quod quidem si ex contextu Psalmi nullo modo pateret, tamen divini Scriptoris authoritati omnino concedendum esset. Addam, etiam sensum Palmi literalem qua nempe respicit liberationem populi Dei ex captivitate Babylonica, ad Christum pertinere, quatenus is, ut ὁ λόγος & Filius Dei semper cum Deo Patre suo existens, semper & ab initio Ecclesiæ præfuit & prospexit, adeoque providentia sua res

res omnes creatas rexit & gubernavit. Neque enim putandum est, (monente Tertulliano & consentiente universa Christi Ecclesia) *Sola opera mundi per Filium facta, sed & quæ à Deo exinde gesta sunt.* Hinc & Paulus Apostolus 1. Cor. 10. v. 9. Satis aperte docet, Christum fuisse, qui populo Israelitico ex ergastulo Egyptiacæ servitutis educto, in deserto præfuit & prævit, ad terram promissam ipsum quasi manu ducens. Vide omnino quæ hac de re fuse disseruimus Def. Fid. Nic. Sect. 1. cap. 1. fere per totum; imprimis vero §. 12, 14, 15, 16.

Verum ita porro argumentantur impii & importuni homines: Si Author Epistolæ hoc Psalmistæ testimonium eo citasset, ut probaret, per Filium Dei mundum fuisse conditum, à scopo atque instituto suo omnino aberrasset; siquidem propositum ipsi fuit, eam tantummodo Filii præstantiam ostendere, quæ ipsi accessit ad dextram Divinæ majestatis jam collocato v. 4. ad cujus generis præstantiam creatio mundi nullo modo pertinet. Sed contra, ex eo quod Author locum illum Psalmistæ de creatione rerum omnium citet, Filioque dictum fuisse diserte affirmet, nos certum habemus, propositum ipsi non fuisse eam solummodo Filii præstantiam ostendere, quæ ipsi demum post exaltationem ad dextram Dei Patris accessit. Præterea in ipso capitis initio Author tria de Servatore nostro strictim dixerat, quod sit Filius Dei scilicet διακεκριμένως, quod per ipsum condita fuerint sæcula, ac denique quod hæres omnium constitutus sive declaratus fuerit, nempe tum cum in carne sua ad supremum cœlum sublatus, ibi-

que ad dextram Dei Patris collocatus fuit. Hisce singulis rationibus non modo Prophetis Dei, quod ante significatum fuit, sed & ipsis Angelis longissime præstare Dominum nostrum Author deinceps ostendit, allatis ex S. Scriptura testimoniis; quorum hoc, quo de agimus, ad secundam illam manifestissime pertinet. Quare in v. 4. vox ὑπόστασις verti debet *qui est*; aut cum Chrysostomo & Theophylacto exponenda per *ostensus* sive *declaratus*. Urgent demum Sophistæ, si Author Epistolæ revera credidisset & pro rato habuisset, per Filium Dei creaturas omnes conditas fuisse, quorsum tanto opere inter ipsum & Angelos collationem institueret? Eccui dubium esse potuit, quin Creator creaturis sit præstantior? Nemini sane, inquam ego. At vero fuere ea ætate, qua scripta fuit hæc ad Hæbræos Epistola, perplures, nempe Cerinthiani & alii, qui creationem mundi, saltem hujus aspectabilis, Angelis tribuerent; Jesum nostrum interea habentes pro mera creatura adeoque pro puro puto homine, ante Mariam non existente, proinde Angelis longe longius inferiore. Quinetiam carnales Judæi, qui Evangelii doctrinam nondum acceperant, fratres eorum, ad quos Author Epistolam Scripsit, Christum sive Messiam à Prophetis promissum, nihil aliud quam hominem futurum crediderunt; Angelos vero plerique ex ipsorum Magistris in creatione mundi inferioris Dei fuisse συνεργοὺς existimarunt, iisque à Deo dictum fuisse illud, *Faciamus hominem*, &c. Gen. 1. v. 26. adversus hos omnes certe non frustra omnino laboravit divinus Scriptor in explicando Christi Filii Dei præ Angelis ὑπερέχοντι & excel-

* Vide P. Fagium in loc. & Phil. Jud. lib. de opificio 6 dierum. & Justin. Dial. cum Tryph. p. 285.

excellentiam: adversus hos appositè admodum docet, creationem rerum omnino opus esse supremi Dei per Filium suum, qui & ipse Deus sit; neque Angelis competere ulla ex parte potuisse; utpote qui & ipsi creaturæ sunt Deo omnium creatori ministrantes, ut mox dicit. v. 14.

Redeo tandem ad verba Authoris in v. 2. *Deus in hisce ultimis diebus locutus est nobis per Filium suum, quem hæredem omnium constituit, per quem etiam sæcula condiderat.* Equidem satis perspicuum est, sacrum Scriptorem voluisse in verbis illis ostendere congruitatem divinæ οἰκονομίας, qua ita comparatum fuit, ut per quem mundus in principio fuit conditus, per eundem Filium in plenitudine temporis etiam instauraretur; ut qui Dominus fuit in veteri creatione, idem & in nova hæres atque Dominus fieret. Quomodo etiam Paulus Apostolus manifeste ratiocinatur in capite primo Epistolæ ad Colossenses. Ubi eundem Dei Filium, quem *primogenitum omnis creaturæ* (h. e. ante res omnes creatas ex Deo Patre genitum) & rerum omnium conditorem prædicaverat v. 16, 17. (de creatione enim proprie dicta ibi agi qui negat, eadem confidentia neget, creationem illam uspiam in S. Scripturis describi, adeoque ipsum caput primum Geneseos allegorice exponendum esse contendat) mox v. 18. concelebrat ut κεφαλὴν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀρχὴν πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν *caput corporis, id est, Ecclesiæ, & principium primogenitum ex mortuis*; deinde ἵνα ibidem hanc rationem subjungit ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων *ut in omnibus ipse primas teneret*, hoc est, ut omnimodo, ratione scilicet tam

reſtitutionis quam inſtitutionis rerum, tum qua principium mundi, tum qua caput Eccleſiæ, ſuper omnes emineret.

Itaque tandem omnibus quatuor modis, quibus Chriſtum, quatenus homo eſt, Dei Filium κατ' ἐξοχὴν in Scripturis dici contendit Epiſcopius, expenſis atque examinatis; manifeſtum fecimus, nullo iſtorum modorum Chriſtum proprie dici poſſe Filium Dei unicum ſive *unigenitum*. Quin & ex abundanti oſtendimus in locis Scripturæ, quibus modi iſti contineri videntur, longe aliam atque excellentiorem Servatoris noſtri Filiationem; qua ſcilicet antequam homo factus fuit, adeoque ante res omnes creatas apud Deum Patrem ut unicus ejus Filius, extiterit; ſatis perſpicue ſignificari.

(9.) Pergo ad tertium noſtrum argumentum, ab ordine & contextu Symboli ipſius deſumptum. Manifeſtum eſt, quatuor modos Filiationis Jeſu Chriſti, quos memorat Epiſcopius, omnes alibi in Symbolo exprimi; proinde in verbis illis *Filium Dei unigenitum* minime ſignificari, niſi in tam brevi formula ταυτολογίαν admittamus. Secundus modus de miſſione ſive unctione Servatoris noſtri ad munus & officium ſuum proxime ante ſignificatus fuit in voce *Chriſtum*. Reliqui tres modi, nempe de conceptione per Spiritum S. de reſurrectione ex mortuis, ac demum de exaltatione ad dextram Dei Patris, omnes poſtmodum diſtinctis articulis expreſſi ſunt. Quare cum in Symbolo confitemur Jeſum Chriſtum *Filium Dei unigenitum*, aliam plane Filiationem, quæ ad neutrum iſtorum modorum referenda ſit, nempe

nempe Divinam, ipſi competere omnino ſignificamus.

Vehementer quidem, pro more ſuo, contendit Irenici Author, quæ poſt verba Symboli *& in Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum* ſequuntur, tantummodo Filii Dei deſcriptionem eſſe, *ea propter additam, ut qualis Filius Dei hic intelligatur, conſtaret*; *nimirum qui natus eſt ex Maria Virgine, crucifixus, mortuus, reſuſcitatus, receptus in cœlos, ſedens ad dextram Patris, & venturus ad judicandum vivos & mortuos : quæ omnia ſingularem & unigenitum, propriumque Dei Filium indicant.* Verum toto hic cœlo errat Hæreticus. Nam 1 nemo ſanus facile credet, in tam conciſo Symbolo ea omnia, quæ poſt confeſſionem de Filio Dei unigenito, mox de eodem ſubjiciuntur, tantum ἐξηγητικῶς addita fuiſſe, ut qualis ſit ille Dei Filius, conſtaret : nam dimidiam ſaltem Symboli partem iſta conſtituunt. 2° pleraque eorum quæ ſubſequuntur, ad declarationem Filiationis Jeſu Chriſti nullo modo pertinent, nempe iſta *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, ſepultus, qui ad inferos deſcendit.* Quare 3° Omnino ſtatuendum eſt, quæ in Symbolo poſt profeſſionem Fidei in Filium Dei unigenitum ſequuntur, neutiquam ideo tantum adjecta fuiſſe, ut qualis ſit ille Filius Dei, in quem credendum ſit, clarius intelligeretur ; ſed ut oſtenderetur porro, quid Filius ille Dei pro nobis fecerit & paſſus fuerit, ſeu qualem ipſe diſpenſationem pro noſtra ſalute ſuſceperit & ſuſtinuerit ; nempe quod per Spiritum S. conceptus, ex Virgine Maria natus, adeoque homo factus, ſub Pontio Pila-

Iren. p. 70.

to paſſus fuit, &c. Hoc nos docet, qui ſenſum Romanæ Eccleſiæ hoc Symbolo utentis optime novit, Ruffinus in expoſitione Symboli, his verbis: *Poſteaquam propoſitus ordo fidei ineffabile Sacramentum Filii de Patre nativitatis expoſuit, nunc ad humanæ ſalutis dignationem diſpenſationemque deſcendit: & hunc quem ſupra dixit unicum Filium Dei & Dominum noſtrum, nunc dicit, qui natus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Hæc jam inter homines diſpenſationis nativitas eſt, illa divinæ ſubſtantiæ; hæc dignationis eſt, illa naturæ.* Quæ Ruffini expoſitio ut melius intelligatur, ſciendum eſt, omnem de Chriſto ſermonem ab antiquis Eccleſiæ Doctoribus in duas omnino partes diſtributum fuiſſe, ſcil. τὴν Θεολογίαν καὶ τὴν οἰκονομίαν *Theologiam & Diſpenſationem.* Theologiam vocarunt quæ ad Divinitatem Servatoris noſtri pertinent; quod nempe Filius Dei ſit, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitus adeoque Deus; quodque per ipſum ſæcula condita fuerint. Diſpenſationem appellarunt incarnationem ejus, & quicquid in aſſumpta carne hic in terris geſſit ad procurandam ſalutem humani generis. Quare in Symbolo, quod Apoſtolorum dicitur, verba quibus fidem noſtram profitemur in Chriſtum ut in Filium Dei unigenitum, ad Θεολογίαν ſpectant; quæ vero ſequuntur de conceptione ejus per Spiritum S. de nativitate ex Virgine, de paſſione, &c. Ad οἰκονομίαν omnino referenda ſunt. Ita ſemper Epiſcopi & Doctores Eccleſiæ Catholicæ, inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus, regulam fidei de Chriſto Domino noſtro & ipſi intellexerunt aliiſque expoſuerunt. Sic Ignatius

Vide Annotat. Valeſii in Euſ. Hiſt. Eccl. p. 4, & 5.

Confer Gal. 4. v. 4. cum Eph. 1. v. 10.

tius in genuina Epistola ad Ephesios : ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου. ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη κ. λ. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria*, Secundum Dispensationem *Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto; qui natus est & baptizatus, &c.* Itaque Conceptio ex Maria Virgine, Nativitas, &c. Ignatio Judice, non ad descriptionem Filii Dei, sed ad οἰκονομίαν illam pertinent, quam Filius Dei, qui & Deus ipse est, nostræ salutis causa suscepit. Similiter Justinus in loco, quem jam supra ex alia occasione semel atque iterum laudavimus, in Dial. cum Tryph. Fidem de Christo quæ ab omnibus qui sub Evangelio vivunt ad salutem requiritur, hanc esse ait, qua nempe agnoscunt τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς παρθένου γεννηθέναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις, καὶ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι. κ. λ. *Christum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam fuit, & ex Virgine caro factus nasci sustinuit; ut per hanc* Dispensationem *is qui à principio maligne egit serpens & assimilati ipsi Angeli debellarentur, &c.* Hic etiam ipsa ex Virgine nativitas ad Dispensationem, quam Filius Dei ante sæcula existens, nostri causa subiit, diserte refertur. Irenæus itidem lib. 1. cap. 2. Regulam fidei tradens per omnes Ecclesias receptam, (quam & supra maxima ex parte recitavimus) post fidei professionem in Filium Dei τὴν μονογενῆ, hoc est, post Θεολογίαν mox subdit, Spiritum S. per Prophetas prædixisse τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ

Edit. Vos. p. 27.

p. 264. Vid. super ca p. 2. n. 14.

to paſſus fuit, &c. Hoc nos docet, qui ſenſum Romanæ Eccleſiæ hoc Symbolo utentis optime novit, Ruffinus in expoſitione Symboli, his verbis: *Poſteaquam propoſitus ordo fidei ineffabile Sacramentum Filii de Patre nativitatis expoſuit, nunc ad humanæ ſalutis dignationem diſpenſationemque deſcendit: & hunc quem ſupra dixit unicum Filium Dei & Dominum noſtrum, nunc dicit, qui natus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Hæc jam inter homines diſpenſationis nativitas eſt, illa divinæ ſubſtantiæ; hæc dignationis eſt, illa naturæ.* Quæ Ruffini expoſitio ut melius intelligatur, ſciendum eſt, omnem de Chriſto ſermonem ab antiquis Eccleſiæ Doctoribus in duas omnino partes diſtributum fuiſſe, ſcil. τ Θεολογίαν καὶ τ οἰκονομίαν *Theologiam & Diſpenſationem.* Theologiam vocarunt quæ ad Divinitatem Servatoris noſtri pertinent; quod nempe Filius Dei ſit, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitus adeoque Deus; quodque per ipſum ſæcula condita fuerint. Diſpenſationem appellarunt incarnationem ejus, & quicquid in aſſumpta carne hic in terris geſſit ad procurandam ſalutem humani generis. Quare in Symbolo, quod Apoſtolorum dicitur, verba quibus fidem noſtram profitemur in Chriſtum ut in Filium Dei unigenitum, ad Θεολογίαν ſpectant; quæ vero ſequuntur de conceptione ejus per Spiritum S. de nativitate ex Virgine, de paſſione, &c. Ad οἰκονομίαν omnino referenda ſunt. Ita ſemper Epiſcopi & Doctores Eccleſiæ Catholicæ, inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus, regulam fidei de Chriſto Domino noſtro & ipſi intellexerunt aliiſque expoſuerunt. Sic Ignatius

Vide Annotat. Valeſii in Euſ. Hiſt. Eccl. p. 4, & 5.

Confer Gal. 4. v. 4. cum Eph. 1. v. 10.

tius in genuina Epistola ad Ephesios : ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου. ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη κ. λ. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria*, Secundum Dispensationem *Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto*; *qui natus est & baptizatus*, &c. Itaque Conceptio ex Maria Virgine, Nativitas, &c. Ignatio Judice, non ad descriptionem Filii Dei, sed ad οἰκονομίαν illam pertinent, quam Filius Dei, qui & Deus ipse est, nostræ salutis causa suscepit. Similiter Justinus in loco, quem jam supra ex alia occasione semel atque iterum laudavimus, in Dial. cum Tryph. Fidem de Christo quæ ab omnibus qui sub Evangelio vivunt ad salutem requiritur, hanc esse ait, qua nempe agnoscunt τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ ἀφ' ἧς παρθένου γεγενῆσθαι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα ἀφ' ἧς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρὸς δράκων τὴν ἀρχὴν ὅρις, καὶ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι. κ. λ. *Christum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam fuit, & ex Virgine caro factus nasci sustinuit*; *ut per hanc* Dispensationem *is qui à principio maligne egit serpens & assimilati ipsi Angeli debellarentur*, &c. Hic etiam ipsa ex Virgine nativitas ad Dispensationem, quam Filius Dei ante sæcula existens, nostri causa subiit, diserte refertur. Irenæus itidem lib. 1. cap. 2. Regulam fidei tradens per omnes Ecclesias receptam, (quam & supra maxima ex parte recitavimus) post fidei professionem in Filium Dei τὴν μονογενῆ, hoc est, post Θεολογίαν mox subdit, Spiritum S. per Prophetas prædixisse τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ

Edit. Vos. p. 27.

p. 264. Vid. supra ca p. 2. n. 14.

to passus fuit, &c. Hoc nos docet, qui sensum Romanæ Ecclesiæ hoc Symbolo utentis optime novit, Ruffinus in expositione Symboli, his verbis: *Posteaquam propositus ordo fidei ineffabile Sacramentum Filii de Patre nativitatis exposuit, nunc ad humanæ salutis dignationem dispensationemque descendit: & hunc quem supra dixit unicum Filium Dei & Dominum nostrum, nunc dicit, qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Hæc jam inter homines dispensationis nativitas est, illa divinæ substantiæ; hæc dignationis est, illa naturæ.* Quæ Ruffini expositio ut melius intelligatur, sciendum est, omnem de Christo sermonem ab antiquis Ecclesiæ Doctoribus in duas omnino partes distributum fuisse, scil. τ Θεολογίαν καὶ τ οἰκονομίαν *Theologiam & Dispensationem.* Theologiam vocarunt quæ ad Divinitatem Servatoris nostri pertinent; quod nempe Filius Dei sit, ante omnia sæcula ex Deo Patre genitus adeoque Deus; quodque per ipsum sæcula condita fuerint. Dispensationem appellarunt incarnationem ejus, & quicquid in assumpta carne hic in terris gessit ad procurandam salutem humani generis. Quare in Symbolo, quod Apostolorum dicitur, verba quibus fidem nostram profitemur in Christum ut in Filium Dei unigenitum, ad Θεολογίαν spectant; quæ vero sequuntur de conceptione ejus per Spiritum S. de nativitate ex Virgine, de passione, &c. Ad οἰκονομίαν omnino referenda sunt. Ita semper Episcopi & Doctores Ecclesiæ Catholicæ, inde ab ipsis Apostolorum temporibus, regulam fidei de Christo Domino nostro & ipsi intellexerunt aliisque exposuerunt. Sic Ignatius

Vide Annotat. Valesii in Eus. Hist. Eccl. p. 4. & 5.

Confer Gal. 4. v. 4. cum Eph. 1. v. 10.

tius in genuina Epistola ad Ephesios : ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου. ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη κ. λ. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria*, Secundum Dispensationem *Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto; qui natus est & baptizatus, &c.* Itaque Conceptio ex Maria Virgine, Nativitas, &c. Ignatio Judice, non ad descriptionem Filii Dei, sed ad οἰκονομίαν illam pertinent, quam Filius Dei, qui & Deus ipse est, nostræ salutis causa suscepit. Similiter Justinus in loco, quem jam supra ex alia occasione semel atque iterum laudavimus, in Dial. cum Tryph. Fidem de Christo quæ ab omnibus qui sub Evangelio vivunt ad salutem requiritur, hanc esse ait, qua nempe agnoscunt τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς παρθένου γεννηθέναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις, καὶ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι. κ. λ. *Christum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam fuit, & ex Virgine caro factus nasci sustinuit; ut per hanc* Dispensationem *is qui à principio maligne egit serpens & assimilati ipsi Angeli debellarentur, &c.* Hic etiam ipsa ex Virgine nativitas ad Dispensationem, quam Filius Dei ante sæcula existens, nostri causa subiit, diserte refertur. Irenæus itidem lib. 1. cap. 2. Regulam fidei tradens per omnes Ecclesias receptam, (quam & supra maxima ex parte recitavimus) post fidei professionem in Filium Dei τὴν μονογενῆ, hoc est, post Θεολογίαν mox subdit, Spiritum S. per Prophetas prædixisse τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ

Edit. Vos. p. 27.

p. 264. Vid. super ca p. 2. n. 14.

τὸ

τὸ πάθος, καὶ τῇ ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τῇ ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ιησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. *Dispensationes & adventus, & generationem ex Virgine, & passionem & resurrectionem à mortuis, & cum carne in cœlos ascensum dilecti Domini nostri Jesu Christi.* Ubi articulos Symboli de adventu Servatoris nostri in hunc mundum, hoc est, de ejus ex Virgine nativitate, de passione, & de reliquis quæ hic in terris gessit usque ad suum in cœlos ascensum, ad οἰκονομίας expresse refert, quas filius ille Dei unigenitus propter nostram salutem sustinuit. Idem lib. 4. cap. 26. fidem hominis Spiritualis, hoc est, vere Christiani & Catholici de SS. Trinitate pulchre describit his vervis: πάντα αὐτῷ συνέστηκεν· εἰς ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα, πίστις ὁλόκληρος· καὶ εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ Ιησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὰς οἰκονομίας αὐτοῦ, δι' ὧν ἄνθρωπος ἐγένετο ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, πεισμονὴ βεβαία· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ τὰς οἰκονομίας πατρός τε καὶ υἱοῦ σκηνοβατοῦν καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καθὼς βούλεται ὁ πατὴρ, γνῶσις ἀληθής. i. e. *Omnia illi constant: In unum Deum omnipotentem, ex quo omnia, fides integra: & in Filium Dei Jesum Christum Dominum nostrum, per quem omnia; &* Dispensationes ejus, *per quas Filius Dei factus est homo, persuasio firma: & in Spiritum Dei, qui dispensationes & Patris & Filii, singulis ætatibus, prout vult Pater, hominibus manifestavit, vera cognitio.* Hic rursus vir Sanctus duplicem Christianorum de Christo cognitionem ac fidem in canone Fidei Ecclesiastico contineri ostendit; unam, quæ Divinam ejus personam respicit, qua nempe credunt, ipsum esse Filium Dei,

per

per quem omnia facta sunt; alteram ad dispensationes ejus pertinentem, qua agnoscunt, Filium illum Dei hominem factum esse, &c. Utra jam Symboli expositio præferenda sit, horum Apostolicorum virorum ac Martyrum, (quibus consentiunt Patres Catholici, qui subsecuti sunt, ad unum omnes) an Authoris Irenici, hesterni dogmatistæ, haut difficile erit judicium.

(10.) Restat quartum atque ultimum nostrum argumentum à sensu atque interpretatione primævæ Ecclesiæ Catholicæ deducendum. In tribus primis sæculis (de ævis subsequentibus nemo dubitat) titulus Filii Dei *unigeniti*, sive *unici* Christo tributus, constanti ac perpetuo Catholicorum omnium Doctorum usu in hunc sensum plane determinatus fuit, ut Divinam ejus ante omnia sæcula ex ipso Deo Patre generationem significaret. Illud Tertulliani de Filio Dei, est vox omnium consona: *Primogenitus, ut ante omnia genitus; & unigenitus, ut solus ex Deo genitus, proprie de vulva cordis ipsius.* Adv. Prax. cap. 7. Nam illi omnes non alium Filium Dei unigenitum agnoverunt, quam qui ex ipsa Dei Patris essentia, hoc est, ex æterna mente λόγος & Verbum, genitus fuerit, ut abunde demonstravimus Def. Fid. Nic. Sect. 2. per totam. Quod quidem adeo certum ac manifestum est, ut de Scriptoribus illis Antenicænis, qui Filii Dei unigeniti æternitatem negasse videntur, (sed videntur tantum, ut in dicto opere liquido ostendimus) fateri tamen cogatur ipse Petavius rigidus alioquin illorum censor, quod *de Patris esse substantia, sive natura, Filium asserverent.* Def. Fid. Nic. Sect. 3. De Trin. l. 1 c. 5. §. 7.

Quid igitur hic desideramus? Nonne modum illum

illum Filiationis Jesu Christi peculiarem, de quo loquitur Episcopius, satis aperte in hoc Symbolo expressit Romana Ecclesia, iis verbis usa, quibus ea ætate eademque in Ecclesia modum illum significari, apud omnes in confesso fuit? Quid refert si quis hesternus hæreticus verba aliter explicari posse contendat? Symbola certe Ecclesiæ ex ipso Ecclesiæ sensu, non ex Hæreticorum cerebello exponenda sunt. Quod posterius si fieret, Deum immortalem! quam cito ex omnibus fidei nostræ articulis, ne unus quidem nobis satis sanus atque integer relinqueretur. Symbola Ecclesiæ non tenet, qui aliter quam Ecclesia intelligit. Optime enim hic Author libri *de Recta confessione*, Justino ascripti, in ipso initio: οὐ γὰρ ἁπλῆ ἡ δοξολογία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ δοξολογία καὶ σωτηρίαν ὑμῖν περιέχει, ἀλλὰ ἡ ὑγιὴς καὶ τελεία ὁμολογία περὶ ἀποκρύφων τῶν ἀσεβέσιν ἀχαθῶν καὶ ἀπόλαυσιν δωρεῖται· ἐπεὶ καὶ περὶ ἑτεροφρόνων ἀκούσεταί τις καὶ πατέρα καὶ υἱὸν ἀνυμνοῦντες, ἀλλ' ὃ κατ' ὀρθὴν ἔννοιαν τὸ σέβας παραγόντων. i. e. *Non enim Simplex Patris & Filii Glorificatio salutem nobis affert, sed sana Trinitatis confessio, eorum, quæ piis reposita sunt, bonorum fruitionem donat. Nam & Hetorodoxos aliquis audiat Patrem & Filium hymnis celebrare, verum non secundum rectam notionem cultum præstare.* Appositeitidem Cyprianus ad Jubianum de Hæreticis baptizandis in verba illa Christi, *Ite & docete omnes Gentes, baptizantes eas in nomine Patris Filii & Spiritus S. Insinuat Trinitatem, cujus Sacramento Gentes baptizantur. Numquid hanc Trinitatem Marcion tenet? Nunquid eundem asserit, quem & nos Deum Patrem creatorem? Nun-*

quid

quid eundem unum Filium Christum de Maria Virgine natum, qui sermo caro factus est, &c. *Longe alia est apud Marcionem, sed & apud cæteros fides; imo nihil est apud ipsos nisi perfidia & blasphemia & contentio Sanctitatis & veritatis inimica.*

Ita sane & nos redarguamus Episcopium aliosque qui nos volunt Arianos & Sociniſtas pro fratribus habere, propterea scilicet quod commune Ecclesiæ Symbolum recipiant, fidemque in Christum Filium Dei unigenitum nobiscum profiteantur. Nunquid enim isti in eundem Filium Dei unigenitum credunt, in quem & nos Catholici hodie credimus, & Catholica Christi Ecclesia semper olim credidit? Certe longe alia est istorum fides, imo nihil est apud ipsos nisi perfidia. Credit Ecclesia crediditque semper in Filium Dei unigenitum qui nempe ante omnia sæcula ex ipso Deo patre genitus fuerit, adeoque Deus ipse sit, qualem Dei Filium neutra ista hæresis sincere confitetur. Arianis scilicet (si ipsorum dogmati mangonium demas) Filius Dei unigenitus est revera creatura ex nihilo facta, licet omnibus creaturis excellentior, atque ante ipsas producta. Sociniſtis est nudus homo, qui ante nativitatem ex Virgine non extiterit. Utrique igitur dum fidem Ecclesiæ de Filio Dei unigenito verbo tenus profitentur, hæresim prorsus & blasphemiam sentiunt, atque in animo concipiunt. Porro ex iis quæ de Symbolo Apostolorum dicto tam prolixe disseruimus, perspicere licet Catechisticæ Racoviani vanitatem & stultitiam, seu mavis summam impudentiam, gloriantis, se suosque de Christi persona

Id

Cat. Rac. de cognit. Christi c. 1. *Id solum credere, quod natura sit homo verus, qualem esse testatur Fidei Symbolum, quod vulgo Apostolicum vocant, quod secum universi Christiani amplectuntur.*

CAP. VI.

De Symbolo veteri Orientali.

(1.) AD quartam ac postremam Thesin nostram tandem accedimus, quæ est hujusmodi:

In Symbolo sive regula fidei, quæ ante Synodum Nicænam in Orientis Ecclesiis antiquissimis obtinuit, modus iste specialis Filiationis Jesu Christi, quo nempe in potiori sua natura ante omnia sæcula extitit, ex ipso Deo Patre genitus, adeoque Deus, disertis verbis traditus ac declaratus fuit.

(2.) Non est dubitandum quin Ecclesiæ Orientales ante Synodum Nicænam Symbolum suum habuerint, seu mavis Symbola sua; Symbola volo latiora atque explicatiora primo illo atque antiquissimo Symbolo, quod Episcopius commemorat, his tantummodo verbis concepto, *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* Namque Romanæ cæteriſque Ecclesiis Occidentalibus ante Concilium Nicænum suum fuisse Symbolum, simplici

plici illa Trinitatis confeſſione majus, non modo ex Ruffino & Auguſtino, verum etiam ex Tertulliano & Cypriano, tertii ſæculi Scriptoribus, ſatis perſpicuum eſt. Ac de Romana quidem Eccleſia, quam ſecutæ ſunt fere cæteræ Occidentales, expreſſa ſunt verba à Voſſio citata, Vigilii Lib. 4. de Eutyche, ubi ſic ſcribit: *Univerſitas profitetur, credere ſe in Deum patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus, Dominum noſtrum. Huic capitulo ob id iſte calumniatur. Cur non dixit, in unum Jeſum Chriſtum Filium ejus, juxta Nicæni decretum concilii? Sed Romæ, & antequam Synodus Nicæna conveniret, à temporibus Apoſtolorum uſque ad nunc, & ſub beatæ memoriæ Cæleſtino, cui iſte rectæ fidei teſtimonium reddidit, ita fidelibus Symbolum tradidit: nec præjudicant verba, ubi ſenſus incolumis permanet.* Quod ſi vero ante Concilium Nicænum tale Symbolum habuere Romana & Occidentis Eccleſiæ, quid ni & Orientales pariter? Imo hiſce Eccleſiis multo magis neceſſarium fuit ejuſmodi Symbolum, quam Eccleſiæ Romanæ, ob cauſam quam ſupra ex Rufino attuli; quod ſcilicet illæ in primis ſæculis miſere fuerint vexatæ ab Hæreticis, qui Romanæ Eccleſiæ nullam moleſtiam crearunt. Quin etiam Græci Scriptores Ante-Nicæni κανόνα τῆς πίστεως *Canonem* ſive *Regulam fidei* paſſim in Scriptis ſuis commemorant. Irenæus vero Aſianus & Græcis Scriptoribus proculdubio annumerandus, Regulam illam fuſe tradit lib. 1. cap. 2. ut ſupra oſtenſum eſt. Euſebius item Cæſarienſis in Synodo Nicæna, priuſquam Patres Symbolum ſuum condidiſſent, confeſſionem Fidei latiorem,

Cat. Rac. de cognit. Christi c. 1. *Id solum credere, quod natura sit homo verus, qualem esse testatur Fidei Symbolum, quod vulgo Apostolicum vocant, quod secum universi Christiani amplectuntur.*

CAP. VI.

De Symbolo veteri Orientali.

(1.) AD quartam ac postremam Thesin nostram tandem accedimus, quæ est hujusmodi:

In Symbolo sive regula fidei, quæ ante Synodum Nicænam in Orientis Ecclesiis antiquissimis obtinuit, modus iste specialis Filiationis Jesu Christi, quo nempe in potiori sua natura ante omnia sæcula extitit, ex ipso Deo Patre genitus, adeoque Deus, disertis verbis traditus ac declaratus fuit.

(2.) Non est dubitandum quin Ecclesiæ Orientales ante Synodum Nicænam Symbolum suum habuerint, seu mavis Symbola sua; Symbola volo latiora atque explicatiora primo illo atque antiquissimo Symbolo, quod Episcopius commemorat, his tantummodo verbis concepto, *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* Namque Romanæ cæteriſque Ecclesiis Occidentalibus ante Concilium Nicænum suum fuisse Symbolum, simplici

plici illa Trinitatis confessione majus, non modo ex Ruffino & Augustino, verum etiam ex Tertulliano & Cypriano, tertii sæculi Scriptoribus, satis perspicuum est. Ac de Romana quidem Ecclesia, quam secutæ sunt fere cæteræ Occidentales, expressa sunt verba à Vossio citata, Vigilii Lib. 4. de Eutyche, ubi sic scribit: *Universitas profitetur, credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus, Dominum nostrum. Huic capitulo ob id iste calumniatur. Cur non dixit, in unum Jesum Christum Filium ejus, juxta Nicæni decretum concilii? Sed Romæ, & antequam Synodus Nicæna conveniret, à temporibus Apostolorum usque ad nunc, & sub beatæ memoriæ Cœlestino, cui iste rectæ fidei testimonium reddidit, ita fidelibus Symbolum tradidit: nec præjudicant verba, ubi sensus incolumis permanet.* Quod si vero ante Concilium Nicænum tale Symbolum habuere Romana & Occidentis Ecclesiæ, quid ni & Orientales pariter? Imo hisce Ecclesiis multo magis necessarium fuit ejusmodi Symbolum, quam Ecclesiæ Romanæ, ob causam quam supra ex Rufino attuli; quod scilicet illæ in primis sæculis misere fuerint vexatæ ab Hæreticis, qui Romanæ Ecclesiæ nullam molestiam crearunt. Quin etiam Græci Scriptores Ante-Nicæni τὸν κανόνα τῆς πίστεως *Canonem* sive *Regulam fidei* passim in Scriptis suis commemorant. Irenæus vero Asianus & Græcis Scriptoribus proculdubio annumerandus, Regulam illam fuse tradit lib. 1. cap. 2. ut supra ostensum est. Eusebius item Cæsariensis in Synodo Nicæna, priusquam Patres Symbolum suum condidissent, confessionem Fidei latiorem,

Cat. Rac. de cognit. Christi c. 1. *Id solum credere, quod natura sit homo verus, qualem esse testatur Fidei Symbolum, quod vulgo Apostolicum vocant, quod secum universi Christiani amplectuntur.*

CAP. VI.

De Symbolo veteri Orientali.

(1.) AD quartam ac postremam Thesin nostram tandem accedimus, quæ est hujusmodi:

In Symbolo sive regula fidei, quæ ante Synodum Nicænam in Orientis Ecclesiis antiquissimis obtinuit, modus iste specialis Filiationis Jesu Christi, quo nempe in potiori sua natura ante omnia sæcula extitit, ex ipso Deo Patre genitus, adeoque Deus, disertis verbis traditus ac declaratus fuit.

(2.) Non est dubitandum quin Ecclesiæ Orientales ante Synodum Nicænam Symbolum suum habuerint, seu mavis Symbola sua; Symbola volo latiora atque explicatiora primo illo atque antiquissimo Symbolo, quod Episcopius commemorat, his tantummodo verbis concepto, *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* Namque Romanæ cæteriſque Ecclesiis Occidentalibus ante Concilium Nicænum suum fuisse Symbolum, simplici

plici illa Trinitatis confeſſione majus, non modo ex Ruffino & Auguſtino, verum etiam ex Tertulliano & Cypriano, tertii ſæculi Scriptoribus, ſatis perſpicuum eſt. Ac de Romana quidem Eccleſia, quam ſecutæ ſunt fere cæteræ Occidentales, expreſſa ſunt verba à Voſſio citata, Vigilii Lib. 4. de Eutyche, ubi ſic ſcribit: *Univerſitas profitetur, credere ſe in Deum patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus, Dominum noſtrum. Huic capitulo ob id iſte calumniatur. Cur non dixit, in unum Jeſum Chriſtum Filium ejus, juxta Nicæni decretum concilii? Sed Romæ, & antequam Synodus Nicæna conveniret, à temporibus Apoſtolorum uſque ad nunc, & ſub beatæ memoriæ Cæleſtino, cui iſte rectæ fidei teſtimonium reddidit, ita fidelibus Symbolum tradidit: nec præjudicant verba, ubi ſenſus incolumis permanet.* Quod ſi vero ante Concilium Nicænum tale Symbolum habuere Romana & Occidentis Eccleſiæ, quid ni & Orientales pariter? Imo hiſce Eccleſiis multo magis neceſſarium fuit ejuſmodi Symbolum, quam Eccleſiæ Romanæ, ob cauſam quam ſupra ex Rufino attuli; quod ſcilicet illæ in primis ſæculis miſere fuerint vexatæ ab Hæreticis, qui Romanæ Eccleſiæ nullam moleſtiam crearunt. Quin etiam Græci Scriptores Ante-Nicæni τὸν κανόνα τῆς πίστεως *Canonem* ſive *Regulam fidei* paſſim in Scriptis ſuis commemorant. Irenæus vero Aſianus & Græcis Scriptoribus proculdubio annumerandus, Regulam illam fuſe tradit lib. 1. cap. 2. ut ſupra oſtenſum eſt. Euſebius item Cæſarienſis in Synodo Nicæna, priuſquam Patres Symbolum ſuum condidiſſent, confeſſionem Fidei latiorem,

rem, quam adhuc Catechumenus edoctus & in sacro lavacro professus fuerat, recitavit, ut ipse testatur in Epistola ad Cæsarienses apud Socratem Hist. Eccl. lib. 1. cap. 8.

(3.) Porro statuendum omnino est, Orientis Ecclesias post editum Symbolum Nicænum, antiqua sua Symbola neutiquam abjecisse. Videmus enim Romanam Ecclesiam post Synodum Nicænam vetus suum Symbolum adhuc retinuisse. Quis vero dubitet, quin idem fecerint Orientis Ecclesiæ? Scilicet decreta Concilii Nicæni, utpote Oecumenici ad omnes Christi Ecclesias ex æquo pertinebant; ut hac in re Ecclesiarum Orientis & Occidentalium par fuerit ratio. Verum Nicæni Patres nunquam, ut opinor, in animo habuere, vel Symbolum plane novum condere, vel Symbolum vetus Orientale integrum cum additamento aliquo suo tradere; sed tantum articuli veteris Symboli de Filio Dei verum atque inde ab initio receptum in Ecclesia sensum contra Arianos adstruere. Præmittunt quidem confessioni suæ de Filio Dei articulum, (quanquam neque ipsum integrum) veteris Symboli de Deo Patre, eidemque subjungunt aliquid de fide in Spiritum S. Verum id fecerunt, quod existimarent, Fidem de Filio Dei haud satis commode aut decenter explicari potuisse sine fidei professione etiam in Deum Patrem & Spiritum S. Hinc post nudam mentionem de Spiritu Sancto factam, ad articulum de Filio, cui asserendo imprimis intenti erant, continuo redeunt, Anathema iis denuntiantes, qui veram atque æternam ejus Divinitatem negarent: τὸς δὲ λέγοντας ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. κ. λ. Cæterum post verba illa

illa confessionis Nicænæ *& in Spiritum S.* plura deesse, quæ posita fuere in regula fidei primis Ecclesiis per Orientem recepta, infra fortissimis argumentis demonstrabo. Interea illud certum est, minime voluisse Patres Nicænos, ut Symbolum suum deinceps in administratione baptismi obtineret (etenim huic fini vel ipse ἀναθεματισμὸς quo clauditur, prorsus repugnat) sed in usum istum singulis Ecclesiis priora sua Symbola reliquisse. Certe si illud voluit Sancta Synodus, Romana & Occidentales Ecclesiæ, quarum Antistites illius magna pars fuere, ipsius vel mentem minus assecutæ sunt, vel authoritatem contempserunt, quod nemini sano in mentem venire potest. Nam Rufinus in præfatione ad suam Symboli Aquilegiensis expositionem diserte testatur, jam sua ætate *Romæ morem antiquum servatum fuisse, ut qui gratiam baptismi susceperturi essent, publice, id est, fidelium populo audienti Symbolum redderent*, nempe vetus Romanum, de quo in præcedentibus locutus fuerat. Et mox ait, se vetus Symbolum Aquilegiensis Ecclesiæ (quod in quibusdam à Romano diversum fuit) *per baptismi gratiam suscepisse*, hoc est, cum ad baptismum accederet, fidem istius Symboli professum fuisse.

His præmissis Thesis nostræ probationem aggredior. Omnium Ecclesiarum antiquissimæ erant Ecclesiæ Palestinæ; interque eas prima & antiquissima Ecclesia Hierosolymitana, utpote à qua Evangelii doctrina primum profecta, deinde ad alias Orbis regiones derivata ac propagata fuit: unde ἡ μητὴρ ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν *mater omnium Ecclesiarum* à Patribus Constantinopolitanis appellatur (4.)

pellatur in Synodica sua Epistola apud Theodoritum Hist. Eccl. lib. 1. cap. 9. Et quanquam Ecclesia illa à prima, ut videtur, Metropolitarum institutione, fere usque ad Concilium Chalcedonense, Cæsareæ ut Metropoli subjiceretur, semper tamen ob causam quam dixi, singulari in honore ab omnibus aliis Ecclesiis habita fuit. Cujusmodi autem fuerit vetus Symbolum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quidque de persona Jesu Christi Domini nostri credendum tradiderit, à nemine certius, quam à Cyrillo, qui circiter ann. Christi 350 ejus Ecclesiæ Episcopus creatus fuit, cognosci poterit. Is autem dum adhuc Catechetes fuit, in Catechesibus suis 6 & seqq. competentibus Symbolum Ecclesiæ Hierosolymitanæ per partes explicavit, quæ omnes conjunctæ hanc confessionem constituunt.

ΠΙΣΤΕΥΩ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων Θεὸν ἀληθινὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα καὶ ταφέντα· καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν ἐν τοῖς προφήταις· εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν· καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν· καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· i. e. *Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, & visibilium omnium & invisi-*

invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum verum, per quem omnia facta sunt: Incarnatum atque hominem factum, crucifixum & sepultum; & tertia die resurgentem à mortuis, & ascendentem in cœlos, & sedentem ad dextram Patris; Et qui venturus est judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum S. Paracletum, qui locutus est per Prophetas. Et in unum baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum; & in unam Ecclesiam Catholicam; & in carnis resurrectionem; & in vitam æternam.

Hoc Symbolum non ipsum esse Nicænum, & Constantinopolitani quoque Symboli additionibus de Spiritu S. carere, palam est. Quod posterius nemini mirum videri potest, qui meminerit Catecheses Cyrilli, in quibus Symbolum illud recitatur, multis annis ante habitam Synodum Constantinopolitanam (quæ demum anno Christi 381 celebrata est) conscriptas fuisse. Restat igitur, ut sit revera vetus Symbolum Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Quod vel inde etiam liquido constat, quod Cyrillus ipsum ex professo exponat competentibus, sive ad baptismum venientibus; in Baptismi autem administratione, Ecclesiæ tam Orientis quam Occidentales antiqua sua Symbola, etiam post Synodum Nicænam, retinuere, ut supra ostensum est. Jam in hoc Symbolo Divinam Filii ex Deo Patre ante omnia sæcula generationem expressissimis verbis declarari, nemo est qui (5.)

non videat, nempe in verbis illis: *Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſæcula, Deum verum, per quem omnia facta ſunt.* Atque hoc Symbolum Hieroſolymitanum, nullus dubito, quin Euſebius, (utpote Paleſtina oriundus, & Cæſarææ demum in Paleſtina Epiſcopus) reſpexerit, cum in Concilio Nicæno, fidei confeſſionem, quam & in Catecheſi & in ſacro lavacro acceperat, deſcribens, articulum de Filio Dei ita tradit: καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, υἱὸν μονογενῆ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα. i. e. *Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Deum de Deo, Filium unigenitum, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitum, per quem etiam omnia facta ſunt.* Hic enim habemus ipſiſſima verba Symboli Hieroſolymitani, niſi quod pro ἀληθινὸν Θεὸν *verum Deum* Euſebius ſubſtituerit Θεὸν ἐκ Θεοῦ *Deum de Deo.* Scilicet homo catus hic, ut ubique fere alias, Sabellianis occurrendum cenſuit, veram Filii Divinitatem ita adſerendo, ut interim Deo Patri ſua Prærogativa, qua nempe ipſe ſolus αὐτόθεος eſt, h. e. à ſeipſo Deus, ſarta tecta conſervetur. Atque in hoc ipſi conſenſerunt Patres Nicæni, adeoque in confeſſione ſua de Filio Dei, ipſa verba Θεὸν ἐκ Θεοῦ *Deum de Deo* repoſuerunt, addentes tamen, juxta vetus Symbolum Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ *Deum verum de Deo vero*; idemq; porro plenius explicantes, dum Filium Dei mox dicunt ὁμοούσιον τῷ πατρὶ *Patri coeſſentialem*, hoc eſt, non creatæ alicujus aut mutabilis eſſentiæ, ſed ejuſdem prorſus cum Deo Patre naturæ vere divinæ & incommutabilis: quæ etiam ſemper fuit * Euſebii ſententia.

* Vide Def. Fid. Nic. Sect. 4. c. 1. p. 442.

Sunt

Sunt quidem viri eruditi qui contendunt, Catecheses istas non esse Cyrilli, sed Joannis cujusdam, ejus in sede Hierosolymitana sive antecessoris, sive successoris. Quod si verum esse concederetur, nobis non multum officeret. Sive enim Cyrillus, sive Joannes quidam Hierosolymitanus Catecheses istas scripserit, certum tamen adhuc est, Symbolum in ipsis descriptum, esse revera Symbolum in Ecclesia Hierosolymitana competentibus explicari solitum, ac proinde in eadem Ecclesia antiquitus receptum. Verum Catecheses illas revera Cyrilli esse adversus hypercriticos istos censores satis manifestum fecit Vossius de tribus Symbolis dis. 1. Thes. 51. Certe Hieronymus Cyrilli ἀγχεγνῶ Catecheses istas Cyrillo diserte tribuit, eaidemque ab ipso jam adolescente conscriptas fuisse testatur in Catalogo de Scrip. Eccl. Et Theodoretus locum ex ipsis, tanquam Cyrilli, citat, ut alios recentiores taceam. Idem tamen Vossius ibidem ait, *quiddam esse, quod scrupulum injicere videatur, ab aliis intactum*; *nempe quod in hoc Symbolo quædam reperiuntur, quæ videantur esse ex Symbolo Constantinopolitano, ut ea quæ subjiciuntur post illa*, & in Spiritum Sanctum *nempe Paracletum, qui locutus est per Prophetas*; *in unum baptismum pœnitentiæ*, *&c.* Quippe sensit Vir doctus ista non fuisse in Symbolo Orientis ante Synodum Constantinopolitanam, ut ita sentiat hoc argumento inductus (ut ipse nos docet) quod Patres Nicæni Symbolum suum claudant his verbis, *& in Spiritum Sanctum*. Verum quam nullius momenti sit hæc ratio (quanquam etiam magnum (6.)

Eraſmum habeat auctorem) ex iis quæ jam in hujus capitis initio diximus, ſatis liquet, & ex iſtis porro, quæ infra dicenda ſunt, clarius adhuc liquebit. Interea quæ in Symbolo Hieroſolymitano ſubjiciuntur poſt iſta, *in Spiritum S.* ex Symbolo Conſtantinopolitano minime deſumpta, ſed in antiquiſſimis Orientis Symbolis, diu ante Synodum Conſtantinopolitanam, adeoque Nicænam, poſita fuiſſe, validiſſimis argumentis confirmabo.

(7.) 1° Certum eſt, Symbola, quæ ante Concilium Conſtantinopolitanum, adeoque Nicænum, Eccleſiæ Occidentis uſurparunt, minime deſiiſſe in verba illa, *& in Spiritum Sanctum.* Sed & alia in ipſis Fidei capita ſubjecta fuiſſe. Quis vero, qui ea quæ ſupra obſervavimus de origine omnium fere hæreſium in Oriente expenderit, facile credat, Symbola Occidentalia Orientalibus fuiſſe auctiora? Fuiſſe autem aliqua Chriſtianæ doctrinæ capita in Symbolis antiquis Occidentalium Eccleſiarum, articulo de Spiritu Sancto ſubjuncta, probatu facile eſt. Nam Cyprianus in Epiſtola ad Magnum, de Symbolo, in quod ſuo tempore juxta cum Catholicis baptizabant Novatiani, agens, hæc habet: *Cum dicunt, Credis remiſſionem peccatorum & vitam æternam per Sanctam Eccleſiam? mentiuntur in interrogatione, cum Eccleſiam non habent.* Ubi tres habes articulos, nempe de Eccleſia, de remiſſione peccatorum, & de vita æterna, in veteri Symbolo Africano expreſſos. Porro articulum de Eccleſia in fidei confeſſione à baptizando neceſſario facienda diſerte ponit Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 6. *Cum autem ſub tribus*

Ep. l. 1. Ep. 6. Vide & Ep. l. 1. Ep. 12. Edit. Eraſmi.

tribus (nempe Divinis perſonis, Deo Patre, Filio, & Spiritu S.) *& teſtatio Fidei & ſponſio ſalutis pignerentur, neceſſario adjicitur* Eccleſiæ *mentio.* Quo pertinet etiam, quod de Chriſto, in ſua perſona non baptizante, dicit Tertullianus ejuſdem libri cap. 11. *In quem enim tingueret? in pœnitentiam? quo ergo illi præcurſorem? in peccatorum remiſſionem, quam verbo dabat? in ſemetipſum, quem humilitate celabat? in Spiritum S. qui nondum à Patre deſcenderat? In* Eccleſiam, *quam nondum Apoſtoli ſtruxerant?* Ubi etiam Articulus *de remiſſione peccatorum* indicatur. Quod ob Eraſmum noto, qui articulum iſtum contra Novatum fuiſſe additum cenſuit. Sed Novatus iſte Tertulliani ætate nondum hanc lucem aſpexerat; quippe qui Novatiani σύγχεον & atque in promovendo ejus Schiſmate σωιεργὸς fuerit, adeoque Cypriani demum ætate Eccleſiam turbarit; unde factum fuerit, ut à quibuſdam Græcis præſertim, Novatus & Novatianus pro eodem Hæreſiarcha ſumerentur, contrarium licet teſtante Cypriano, qui in Epiſtolæ octavæ ad Cornelium initio ſic de ipſis ſcribit: *Et cum diligentia & dilectione feciſti, frater chariſſime, feſtinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum, qui nobis & confeſſoribus regreſſis glorioſam lætitiam nuntiaret, & adverſus Novatiani & Novati novas & pernicioſas ad impugnandam Chriſti Eccleſiam machinas pleniſſime inſtrueret.* Præterea Novatiani in eandem Fidei regulam cum Catholicis baptizabant, quin & ipſi profeſſionem articuli de Remiſſione peccatorum, à ſuis ſectatoribus exigebant, quod ex Cypriani Epiſtola ad Magnum

In Reſp. ad Cenſur. Theol. pariſ. Tit XI. Vide Valeſii annot. ad Euſ. Hiſt. Eccl. l. 6. c. 45. p. 247.

superius laudata manifestum fit. Scilicet non simpliciter negabat vel Novatus, vel Novatianus remissionem peccatorum, sed adserebat uterque remissionem istam ad peccata quædam gravissima (cujusmodi fuit peccatum eorum, qui sacrificio vel libello erant maculati) post baptismum commissa, non pertingere, vel saltem istiusmodi peccata in foro Ecclesiæ minime remittenda esse *. Verum istud obiter, pergo.

*Vide Socrat. H. Eccl. l. 1. c. 10.

(8.) 2° In Constitutionibus Apostolicis lib. 7. cap. 42. confessio fidei traditur, sive Symbolum, à baptizandis recitandum; in quo post fidei professionem *in Deum Patrem ingenitum, & in Filium ejus unigenitum, ante sæcula genitum, genitum non factum*; hæc sequuntur: βαπτίζομαι καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦτ' ἔστι τὸν παράκλητον, τὸ ἐνεργῆσαι ἐν πᾶσιν τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις, ὕστερον δὲ ἀποσταλὲν καὶ τοῖς ἀποστόλοις παρὰ τοῦ πατρὸς, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τοὺς ἀποστόλους δὲ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν· καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· i. e. *Baptizor etiam in Spiritum S. id est, Paracletum, qui operatus est in sanctis omnibus à sæculo condito, postea vero missus est Apostolis, secundum promissionem Servatoris nostri Domini Jesu Christi, & post Apostolos omnibus qui credunt* In Sancta & Catholica Ecclesia, in carnis Resurrectionem & in Remissionem Peccatorum, *& in Regnum cœlorum & in* Vitam futuri sæculi. Hic habemus fere omnia quæ in Hierosolymitano Symbolo post verba, *& in Spiritum S.* sequuntur; cum hoc discrimine quod verba illa, *qui locutus est per Prophetas*, Auctor

ita

ita exponat, *qui operatus est in Sanctis omnibus à sæculo condito*, & reliquos articulos transponat. Desunt tantum verba illa, *Et in unum baptismum pœnitentiæ*, de quibus infra dicemus. De Constitutionibus autem, quæ Apostolicæ vocantur, eminentissimus Cardinalis Joannes Bona suam cum aliis viris eruditissimis conspirantem sententiam ita tradit *: *Quicquid sit de Auctore harum Constitutionum, certum tamen apud omnes atque exploratum nunc est, quod Concilio Nicæno antiquiores sunt, & in his continetur disciplina, qua Orientalis Ecclesia ante magnum Constantinum regebatur, ut Vir eruditissimus Joannes Morinus docet par. 2. de Sacr. Ordin. p. 20. Cui adstipulatur Joannes Fronto in prænotatis ad Kalendarium Romanum* §. 5. Cæterum ad Symbolum quod attinet in Constitutionibus istis traditum, illud quidem libri Auctor (seu potius Interpolator) à capite ad calcem Ἀφραστικῶς, pro more suo, reddit; manifestum tamen est Symbolum, quod Auctor respexit, neque Nicænum neque Constantinopolitanum fuisse, (utriusque scilicet caret additamentis, alterius adversus Arium, adversus Macedonium alterius) cum Hierosolymitana vero confessione plane convenire.

* Rerum Liturg lib. 1. c. 8. §. 4.

3° Tertium argumentum peti potest à confessione Fidei, quam Arius & Euzoius suo suorumq; nomine Constantino obtulerunt, quaque voluerunt Imperatori persuadere, se in omnibus credidisse ὡς πᾶσα καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν. i. e. *Ut omnis Ecclesia Catholica & Scripturæ docent.* In Confessione autem illa post articulum de Spiritu S. hæc sequuntur καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς (9.)

Apud Socra. Hist. Eccl. lib. 1. c. 26.

εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. i. e. *Et in carnis reſurrectionem, & in vitam futuri ſæculi, & in regnum cœlorum, & in unam Catholicam Eccleſiam Dei.* Hic ex quatuor articulis in Hieroſolymitano Symbolo poſt articulum de Spiritu S. poſitis, tres habes, quanquam diverſo ordine collocatos. Cum autem ſcripta fuerit hæc Fidei confeſſio multis annis ante Synodum Conſtantinopolitanam, fieri non potuit, ut hæretici ad exemplar Symboli in illa Synodo traditi articulos iſtos recitaverint. Reſtat igitur ut reſpexerint vetus Orientis Symbolum, in quo iidem articuli poſiti fuerunt. Itidem in Symbolo Synodi Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum à parte Arianorum, in Hilarii fragmentis deſcripto, poſt fidei profeſſionem in Deum Patrem & Filium & Spiritum S. *Paracletum*, &c. hæc ſubjiciuntur *Credimus & in ſanctam Eccleſiam, in remiſſionem peccatorum, in carnis reſurrectionem, in vitam æternam.* Ubi habes etiam articulum de *remiſſione peccatorum*, in priore confeſſione omiſſum.

(10.) 4° His ſatis perſpicuis argumentis hanc porro luculentiſſimam rationem adjicio. Quæ ſequuntur in Symbolo Hieroſolymitano poſt verba *& in Spiritum S.* hæreſes quaſdam manifeſte feriunt, quæ maxime ſecundo ſæculo, Eccleſiam Chriſti, præſertim in Oriente, turbarunt; quæque tempore Synodi Conſtantinopolitanæ & multo ante conſopitæ fuerunt: abſurdum eſt igitur ſtatuere, iſta tunc temporis Orientali Symbolo addita fuiſſe. Hæreſes volo Simonis, Menandri, Cerinthi & aliorum, qui Gnoſticorum nomine comprehendi

prehendi ſolent, quas Gregorius Nazianzenus, qui tempore Concilii Conſtantinopolitani & ante ipſum floruit, jam ſua ætate pridem evanuiſſe teſtatur *. Reſtat igitur ut evincam, quæ ſequuntur in Symbolo Hieroſolymitano poſt mentionem Spiritus Sancti, adverſus deliramenta, ſeu portenta potius Gnoſticorum directa fuiſſe. Qua in re explicanda, ſi prolixior fuero, Lectori illud φιλαρχαίῳ neque inutile neque ingratum fore auguror.

* Orat. 23. Ed. par. 1630.

Initium faciam à verbis ἀμέσως ſequentibus, τὸ προφήτην, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν; *Paracletum, qui locutus eſt per Prophetas.* Vox παράκλητος eſt quidem in ipſis Scripturis nota Spiritus S. appellatio, eaque latiſſimæ ſignificationis: ſignat enim & *Doctorem* & *Conſolatorem* & *Advocatum.* Epitheton quidem illud Spiritui S. attributum, in Conſtantinopolitano Symbolo omnino non habetur; cujus omiſſionis rationem paulo inferius explicabo: ſed in Clementino Symbolo, ut etiam in Serdicenſi Arianorum reperitur, ut ſupra oſtenſum eſt. Additam vero fuiſſe vocem iſtam adverſus Gnoſticos, plane veroſimile eſt. Quippe ex Hæreticis illis plerique Paracletum & Spiritum S. duos eſſe Æonas diverſos docuerunt. Vide omnino Tertull. lib. adv. Valentinum edit. Pamelii cap. 8. n. 23. Coll. cap. 11. n. 123. & Schema à Pamelio libro iſti præfixum. Verum, ut iſtis non inſiſtam, ſequentia verba, *qui locutus eſt per Prophetas*, manifeſtiſſime in hæreſin Gnoſticorum directa ſunt. Illi enim fere omnes docuerunt, alium eſſe Deum mundi hujus aſpectabilis Conditorem, à Lege & Prophetis prædicatum; alium, (11.)

alium, qui in Evangelio manifestatur, Deum; & veteres quidem Prophetas non à Spiritu S. sed à virtute aliqua proveniente à mundano illo Deo, (quem & malum quidam ex ipsis ausi sunt aperte dicere) inspiratos fuisse; proinde scripta ipsorum susque deque habenda, imo prorsus rejicienda esse. Hanc hæresim proculdubio respexit Ignatius, cum in Epistola ad Philadelphicos ita ipsos admonet: * τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι. i. e. *Prophetas vero diligamus, eo quod ipsi etiam in Evangelium annuntiarunt.* Ita mentem Ignatii recte accepit ejus Interpolator, ad locum hæc subjiciens: οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀγαθὸν καὶ ἡγεμονικὸν, ἀληθές τε, καὶ διδασκαλικὸν ἔλαβον παρὰ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εὐθὲς πνεῦμα. εἷς γὰρ ὁ Θεὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης· εἷς ὁ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, εἰς τὴν δημιουργίαν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ πρόνοιαν πρόσφορον καὶ κατάλληλον· εἷς δὲ καὶ ὁ παράκλητος ὁ ἐνεργήσας ἐν Μωσεῖ, καὶ προφήταις, καὶ ἀποστόλοις. i. e. *Prophetæ & Apostoli unum & eundem Spiritum Sanctum, bonum, principalem, verum & doctorium acceperunt à Deo per Jesum Christum, Spiritum rectum. Unus enim est Deus veteris & Novi Testamenti. Unus Mediator Dei & hominum, ad opificium intelligibilis & sensibilis creaturæ, & ad providentiam utilem rebusque accommodam. Et unus Paracletus, qui operatus est in Mose, & Prophetis, & Apostolis.* Et paulo post: ἐάν τις ὁμολογῇ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, ἀρνῆται δὲ τὴν Θεὸν τῶν νόμου καὶ τῶν προφητῶν, οὐκ εἶναι λέγων τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν, πατέρα τοῦ Χριστοῦ, ὁ τοιοῦτος ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν, ὡς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὁ διάβολος· καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος, Σίμωνος τοῦ μάγου, ἀλλ'

* Pag. 41. Edit. Vos.

ἀλλ' οὐ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαθητής. i. e. *Si quis confiteatur Christum Jesum dominum, neget autem Deum Legis & Prophetarum, dicens Patrem Christi non esse opificem cœli & terræ, hic in veritate non stetit, sicut nec pater ejus Diabolus; & talis est sectator Simonis Magi, non autem Spiritus Sancti discipulus.* Similia passim legas apud Irenæum, Tertullianum aliosque veterum.

Adversus istam Gnosticorum blasphemiam, verba illa, *qui locutus est per Prophetas* aut iis ἰσοδυναμοῦντα, etiam in antiquissimis Orientis Symbolis posita fuisse, mihi compertissimum est. Namque Irenæus, regulam Fidei jam suo tempore receptam tradens lib. 1. cap. 2. ad articulum de Spiritu S. & hæc habet: τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ. i. e. *Qui per Prophetas dispensationes Dei prædicavit.* Itidem in compendio veteris Symboli à Damasceno Græce citato, quod tradit Irenæus lib. 4. c. 62. quodque superius integrum descripsimus, fides in Spiritum Sanctum ita exponitur: καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ τὰς οἰκονομίας πατρός τε καὶ υἱοῦ σκηνοβατοῦν καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐν τοῖς ἀνθρώποις καθὼς βούλεται ὁ πατὴρ γνῶσις ἀληθής. i. e. *Et in Spiritum S. qui dispensationes & Patris & Filii, singulis ætatibus, prout vult Pater, hominibus manifestavit, vera cognitio*: Similiter Athenagoras, Irenæo paulo antiquior, in Legatione pro Christianis, confessionem edens Christianorum omnium, de Trinuno Deo, fidem Catholicam de Spiritu S. ita refert: καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς ἅγιον πνεῦμα, ἀπόῤῥοιαν εἶναι φαμὲν τοῦ Θεοῦ. i. e. *Et ipsum Spiritum S.* agentem in illis qui Propheticos sermones fundunt, *Dei emanationem*

(12.)

p. 10.

tionem esse dicimus. Dixerat ibidem paulo ante, συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα. *Orationi nostræ etiam* Propheticus Spiritus *assentitur.* Quin & ante hos Justinus fidem itidem Christianorum de augustissima Triade ad Imperatorem Romanum exponens, tertiam personam ad eundem modum describit. Apol. 2. ἀλλ' ἐκεῖνόν τε καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα πνεύματί τε προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες. i. e. *Verum & hunc ipsum (Deum Patrem scilicit) & qui ab eo venit, Filium, &* Spiritum Propheticum *colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes.* Cui geminum est, quod postea in eadem Apologia habetur: πνεύματι προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει μετὰ λόγου τιμῶμεν *Ac* Spiritum Propheticum *tertio ordine cum ratione veneramur.* In eadem rursus Apologia de veteris testamenti Prophetis locutus, subjungit: δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενησόμενα μέλλοντα, πρὶν γενέσθαι. *Per quos Spiritus Propheticus, quæ futura erant, antequam fierent, prænuntiavit.* Proxime vero ad verba Symboli Hierosolymitani accedunt, quæ in eadem adhuc Apologia sequuntur: ubi de fide rursus agens, ac confessione Sacrosanctæ Trinitatis, in quam Christiani suæ ætatis baptizabantur, ea quæ ad tertiam personam pertinent, his verbis exprimit: καὶ ἐν ὀνόματος πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος λούεται. i. e. *Et in nomine Spiritus S.* Qui per Prophetas prænuntiavit res Christi omnes, abluitur *is qui illuminatur.* Sane parum judicii, vel certe candoris ei tribuendum est, quisquis hæc tot ac tam aperta testimonia perpendens, negaverit, in antiquissimo

p. 56.

p. 60.

p. 72.

p. 94.

Orientis

Orientis Symbolo verba τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν, aut iis æquipollentia, in descriptione Spiritus S. posita fuisse. Sæpe quidem olim miratus sum, quod Patres Constantinopolitani in Symbolo suo, post verba illa de Spiritu S. τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ συν πατρὶ καὶ υἱῷ προσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον; addiderint τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Scilicet post tam magnifica Spiritui Sancto tributa, quod sit *Dominus, vivificus, ex Patre procedens, una cum Patre & Filio adoratus & conglorificatus*, frigida mihi videbatur adjectio illa, *qui locutus est per Prophetas*. Verum postquam intellexi vetus Symbolum Orientale habuisse τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν; ita mecum statui, Sanctam Synodum loco τοῦ, τὸ παράκλητον, substituisse magnifica ista, quo veram Spiritus S. divinitatem adversus Macedonium clarius exprimerent, deinde subjecisse τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν; quod hæc in veteri Symbolo sequerentur. Verum istud ὡς ἐν παρέργῳ.

Pergo ad articulum sequentem, εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν; *in unum baptisma pœnitentiæ, in remissionem peccatorum*. Hæc quidem in excusis Cyrilli Catechesibus lemmata duo distincta faciunt; sed in unum articulum omnino conjungenda sunt, prout in Symbolo fit Constantinopolitano, hunc in modum: ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum*. Ut baptismus hic statuatur medium remissionis obtinendæ, remissio ipsa finis baptismi. Cæterum hunc etiam articulum in Gnosticorum hæresim directum fuisse, ego persuasissimum habeo. Refert enim de Valentinia- (13.)

nis

tionem esse dicimus. Dixerat ibidem paulo ante, συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα. *Orationi nostræ etiam* Propheticus Spiritus *assentitur.* Quin & ante hos Justinus fidem itidem Christianorum de augustissima Triade ad Imperatorem Romanum exponens, tertiam personam ad eundem mo-
p. 56. dum describit. Apol. 2. ἀλλ' ἐκεῖνόντε καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα πνεῦμάτε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες. i. e. *Verum & hunc ipsum (Deum Patrem scilicit) & qui ab eo venit, Filium, &* Spiritum Propheticum *colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes.* Cui geminum est, quod postea in eadem Apologia
p. 60. habetur : πνεῦμάτε προφητικὸν ἐν τείτῃ τάξει μετὰ λόγου τιμῶμεν *Ac* Spiritum Propheticum *tertio ordine cum ratione veneramur.* In eadem rursus Apologia de veteris testamenti Prophetis locutus, sub-
p. 72. jungit : δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι. *Per quos Spiritus Propheticus, quæ futura erant, antequam fierent, prænuntiavit.* Proxime vero ad verba Symboli Hierosolymitani accedunt, quæ in eadem adhuc Apologia sequuntur : ubi de fide rursus agens, ac confessione Sacrosanctæ Trinitatis, in quam Christiani suæ ætatis baptizabantur, ea quæ ad tertiam personam pertinent, his verbis exprimit : καὶ ἐπὶ ὀνόματος πνεύματος ἁγίου, ὁ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος λούεται. i. e. *Et in*
p. 94. *nomine Spiritus S.* Qui per Prophetas prænuntiavit res Christi omnes, abluitur *is qui illuminatur.* Sane parum judicii, vel certe candoris ei tribuendum est, quisquis hæc tot ac tam aperta testimonia perpendens, negaverit, in antiquissimo

Orientis

Orientis Symbolo verba τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν, aut iis æquipollentia, in descriptione Spiritus S. posita fuisse. Sæpe quidem olim miratus sum, quod Patres Constantinopolitani in Symbolo suo, post verba illa de Spiritu S. τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ προσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον; addiderint τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Scilicet post tam magnifica Spiritui Sancto tributa, quod sit *Dominus, vivificus, ex Patre procedens, una cum Patre & Filio adoratus & conglorificatus*, frigida mihi videbatur adjectio illa, *qui locutus est per Prophetas*. Verum postquam intellexi vetus Symbolum Orientale habuisse τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν; ita mecum statui, Sanctam Synodum loco τοῦ, τὸ παράκλητον, substituisse magnifica ista, quo veram Spiritus S. divinitatem adversus Macedonium clarius exprimerent, deinde subjecisse τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν; quod hæc in veteri Symbolo sequerentur. Verum istud ὡς ἐν παρέργῳ.

Pergo ad articulum sequentem, εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν; *in unum baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.* (13.) Hæc quidem in excusis Cyrilli Catechesibus lemmata duo distincta faciunt; sed in unum articulum omnino conjungenda sunt, prout in Symbolo sit Constantinopolitano, hunc in modum: ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, *Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.* Ut baptismus hic statuatur medium remissionis obtinendæ, remissio ipsa finis baptismi. Cæterum hunc etiam articulum in Gnosticorum hæresim directum fuisse, ego persuasissimum habeo. Refert enim de Valentinianis

anis Irenæus (lib. 1. c. 18. circa initium) eos Satanæ præstigiis adductos fuisse εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τοῦ εἰς θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ὑποθέσεως. *Ad baptismi illius, per quem ad Deum regeneramur, inficiationem, totiusque adeo Fidei abjectionem.* Hanc autem impietatem non omnes eodem modo propugnarunt. Quidam enim eorum unicum Christi baptismum per duplicis baptismi distinctionem evacuabant; alii vero omnem prorsus, qui externo ritu perficitur, baptismum sustulerunt. De priori hæreticorum classe sic mox in eodem capite Irenæus: τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φανερᾶς Ἰησοῦ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, τοῦτο ἀπολύτρωσιν τὴν ἐν αὐτῷ χειροῦ κατελθόντος, εἰς τελείωσιν· καὶ τὸ μὲν ψυχικὸν, τοῦτο δὲ πνευματικὸν εἶναι ὑρίσαντες· καὶ τὸ μὲν βάπτισμα τοῦτο Ἰωάννης κεκηρύχθαι εἰς μετάνοιαν, τοῦτο δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦτο Ἰησοῦ χαριτώσθαι εἰς τελείωσιν· καὶ τοῦτο εἶναι φησὶ ὃ λέγει, καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πανυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. i. e. *Etenim per apparentis quidem Jesu baptismum peccata remitti; per Christi autem, qui in eum descenderit, redemptionem, perfectionem comparari. Illum item animalem, hanc Spiritualem esse statuunt. Ac baptismum quidem à Joanne ad pœnitentiam annuntiatum; redemptionem vero à Jesu consequendæ perfectionis causa allatam. Eaque spectare id quod ait, baptismo alio habeo baptizari, & ad eum magnopere festino.* De his porro narrat postea idem Irenæus, eos externum illum aquæ baptismum alia forma aliisque ritibus ab iis, qui in Ecclesia Catholica usu recepti essent, celebrasse. De posteriore Valentinianorum secta agit Irenæus prope finem capitis citati his verbis: ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα ὑπερβαίνοντες, φάσκουσι μὴ δεῖν τὰ ἀόρατα

ἀῤῥήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ἐφατῶν καὶ φθαρτῶν δημιουργημάτων, καὶ τὰ ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. εἶτα ὃ τὰ τελείαν ἀπολύτρωσιν, αὐτὴν τὴν διάγνωσιν τοῦ ἀῤῥήτου μεγέθους. i. e. *Alii vero hæc omnia improbantes, ineffabilis virtutis Mysterium per creaturas in aspectum cadentes, interituique obnoxias, & eorum quæ in cogitationem non cadunt corporisque expertia sunt, per ea quæ sensibilia & corporea sunt, peragendum esse negant: perfectamque redemptionem in magnitudinis ineffabilis agnitione positam esse censent.* Quis jam non videt, articulum Symboli Hierosolymitani, *Credo in unum baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum*, antidotum fuisse adversus impia ista Gnosticorum placita appositissimam? Etenim iis verbis profitebantur Catholici, se credidisse primo, baptismum necessarium esse, necessitate scilicet tum præcepti tum medii, saltem ordinarii: dein, Christi baptismum unicum esse, nempe illud, quod Ecclesia Catholica observat. denique unum illud baptismum esse baptismum pœnitentiæ & remissionis peccatorum; neque quenquam in hac vita ad eam τελείωσιν assurgere, ut remissione peccatorum non indigeat. Cæterum hunc articulum veteris Symboli Orientalis respexisse Irenæum omnino censeo, cum in lib. 1. cap. 2. Regulam Fidei referens, in ea notat credendum tradi salutem æternam datum iri, non modo iis qui ab initio Domini nostri præcepta servarunt, sed & iis qui id fecerunt εἰς μετανοίας *per vel post pœnitentiam*, nempe universalem, qua à statu peccati & mortis, in statum justitiæ ac salutis fit migratio. Vide Luc. 15. 7.

Accedo

(14.) Accedo ad articulum de Eccleſia his verbis conceptum, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν & *in unam Catholicam Eccleſiam.* Huic autem articulo ſaltem vox *Catholica* videtur quibuſdam ſerius appoſita, nempe contra Novatianos alioſque ſchiſmaticos, qui tertio ſæculo pacem Eccleſiæ turbarunt: qua in ſententia fuit Joannes Ger. Voſſius, ut videre eſt in libro ejus *de tribus Symbolis* Diſ. 1. Theſ. 39. Veruntamen illud certum eſt (quod vir maximus non videtur obſervaſſe) *Catholicæ* cognomen adhæſiſſe Eccleſiæ Chriſti etiam iis temporibus, quæ Apoſtolorum ætatem proxime contigerunt. Nam in Epiſtola fratrum Smyrnæorum de martyrio beati Polycarpi in ipſa ſalutatione mentio fit Eccleſiæ Catholicæ *: ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν φιλομηλίῳ, καὶ πάσαις τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. i. e. *Eccleſia Dei quæ eſt Smyrnæ Eccleſiæ Dei apud Philomelium, & omnibus ubicunque terrarum Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ paræcius, miſerecordia, pax, & charitas Dei Patris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti multiplicetur.* In eadem etiam Epiſtola narrunt Smyrnæi, Polycarpum jam moriturum in precibus ſuis meminiſſe πάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας. i. e. *Totius per univerſum orbem Catholicæ Eccleſiæ.* Imo ante Polycarpum Ignatius idem cognomentum Eccleſiæ Dei diſerte tribuit in Epiſtola ad Smyrnæos: ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· i. e. *Ubi eſt Jeſus Chriſtus, ibi Catholica Eccleſia.* Recte igitur Valeſius: *Apparet hoc cognomen Eccleſiæ inditum eſſe circa primam Apoſto-*

* Vid. Euſ. H. E. l. 4. c. 15.

p. 6. Edit. Voſſii. In not. in lib. 7. Aſt. Eccl. Euſ. c. 10. p. 256.

Apostolorum successionem, cum hæreses multis in locis exortæ, veram Christi fidem & Apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim ut vera & genuina Christi Ecclesia ab adulterinis Hæreticorum cœtibus distingueretur, Catholicæ *cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum est.* Verum illud porro notandum est, Gnosticos, qui maxime in prima Apostolorum διαδοχῇ hæreses suas disseminarunt, pleroſque omnes eo arrogantiæ atque impudentiæ perveniſſe, ut jactitarent, purum & ſincerum Evangelium in ſuis tantum Conventiculis doceri, ſe ſolos Dei myſteria veramque ſalutis obtinendæ rationem inveniſſe & ſciviſſe; unde & Gnoſticorum nomen ſibi fecerunt; illam vero doctrinam, quam ab Apoſtolis traditam Eccleſia Catholica acceperat atque amplexa erat, falſam in pleriſque atque adulterinam fuiſſe. Sic enim de Hæreticis iſtis ſcribit Irenæus Lib. 3. c. 2. *Cum ex Scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non recte habeant, neque sint ex authoritate, & quia varie sint dictæ, & quia non possit ex his inveniri veritas, ab his qui nesciant traditionem. Non enim per literas traditam illam sed per vivam vocem; ob quam causam & Paulum dixisse, Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non mundi hujus. Et hanc sapientiam unusquisque eorum esse dicit, quam à semetipso adinvenit, fictionem videlicet, ut digne secundum eos sit veritas, aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Cerintho, deinde in Basilide.— Unusquisque enim ipsorum omnimodo perversus, semetipsum,*

ipsum, regulam veritatis depravans, prædicare non confunditur. Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem: Apostolos autem admiscuisse ea, quæ sunt Legalia, Salvatoris verbis: & non solum Apostolos, sed etiam ipsum Dominum modo quidem à Demiurgo, modo autem à medietate, interdum autem à summitate fecisse sermones; se vero indubitate & incontaminate & sincere absconditum scire mysterium; quod quidem impudentissime est blasphemare suum factorem. Adversus hos impios dogmatistas Ecclesiæ filii omnes illius ævi meritissimo jure tenebantur profiteri, se credidisse *in unam Catholicam Ecclesiam*, h. e. se doctrinæ & fidei illi voluisse constanter adhæresscere, quæ juxta sacras Scripturas, in Ecclesiis Apostolicis ubique Gentium ab Episcopis & Doctoribus uno quasi ore prædicaretur. Sensus articuli melius exprimi vix potest quam Irenæi verbis citati libri cap. 4. in ipso initio: *Non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum Apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerunt omnia quæ sint veritatis: ut omnis quicunque vult sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt & latrones; propter quod oportet devitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum summa diligentia* * *diligere, & apprehendere veritatis traditionem.*

* Forte legendum deligere.

Reliqui

Reliqui duo articuli, *de reſurrectione carnis & de vita æterna*, expreſſis verbis traduntur etiam in Symbolo Clementino, in confeſſione Arii & Eudoxii, & in illa quoque Pſeudoſynodi Serdicenſis Arianæ ſupra commemoratis, ac denique in regula Fidei apud Irenæum lib. 1. cap. 2. Carnis autem reſurrectionem, & conſequenter vitam æternam futuri ſæculi Gnoſticos pleroſque negaſſe, notius eſt quam ut operoſa probatione indigeat. De his ſcilicet loquitur Irenæus lib. 5. cap. 2. *Vani autem omnimodo, qui univerſam diſpoſitionem Dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem ejus ſpernunt, dicentes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis*. Eandem hæreſim nominatim tribuit Baſilidi lib. 1. cap. 23. & Marcioni ejuſdem libri cap. 28. conſentiente de utroque Tertulliano de Præſcr. adv. hæreſ. Idem impium dogma Simoni Mago, Carpocrati, Valentino, Apelli, aliiſque ejuſdem farinæ hæreticis adſcribit Auguſtinus in libro *de hæreſibus*. Ex his vero omnibus tandem perſpicuum eſt, quæ in Symbolo Hieroſolymitano poſt verba, *& in Spiritum S.* ſequuntur, minime fuiſſe Orientali Symbolo addita à Patribus Conſtantinopolitanis, ſed diu ante Synodum Conſtantinopolitanam, adeoque Nicænam, in eodem Symbolo adverſus impia deliramenta Gnoſticorum, qui circa initium ſecundi ſæculi hæreſes ſuas propalam venditare cœperunt, poſita fuiſſe. (15.)

Cæterum, ut totius Symboli Hieroſolymitani antiquitatem clarius adhuc perſpicias, haud gravabor paucis oſtendere, etiam præcedentes ejuſdem Symboli articulos, de Deo Patre, & Filio, (16.)

ita comparatos esse, ut Gnosticorum blasphemias manifestissime feriant. Articulus de Deo Patre his verbis conceptus est: *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, & visibilium omnium & invisibilium.* Cerinthiani cum aliis Gnosticis unum Deum Patrem creatorem minime agnoverunt, asserentes, alium quidem esse Demiurgum fabricatorem & Deum hujus mundi, alium vero patrem Christi Domini nostri. Cerdonitæ & Marcionitæ duos esse Deos duoque principia ausi sunt aperte dicere. Omnes vero Gnostici τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα diversis opificibus attribuerunt, mundumque hunc aspectabilem à summo Deo factum negarunt. Sequitur, *& in unum Dominum Jesum Christum.* Cerinthiani, ut in hoc opere & alibi sæpius à nobis dictum est, unum esse Jesum Christum negarunt, Jesum à Christo separantes, & Christum quidem affirmantes à superioribus in Jesum baptizatum descendisse, atque instante passione iterum ad suum pleroma revolasse. Idem Cerinthiani ut & Carpocratiani (quibuscum hactenus consenserunt etiam Ebionitæ) docuerunt, Dominum Jesum merum fuisse hominem hominisque filium, qui ante nativitatem ex Maria minime extiterit. Quos perstringunt verba sequentia: *Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum verum.* Gnostici vero omnes negarunt Deum Patrem per Filium suum cuncta condidisse, ideoque additum est; *per quem omnia facta sunt.* Quæ deinde sequuntur, *Incarnatum, atque hominem factum, crucifixum,* &c. Docetas manifeste feriunt, qui affirmabant, Dominum nostrum putative

putative tantum hominem natum, passum & mortuum fuisse; quam hæresim Gnostici ferme omnes propugnarunt. Articulo de adventu Christi ad judicandum vivos & mortuos, subjiciuntur hæc verba: οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. *Cujus regni non erit finis.* Quæ etiam, ut desint in Nicæno Symbolo, in Constantinopolitano tamen habentur, cum ad controversiam Macedonianam nihil spectent. Leguntur quoque eadem verba in Symbolo Clementino, Constit. Apost. lib. 7. cap. 42. Fuisse autem ista minime à Patribus Constantinopolitanis addita, sed in veteri extitisse Symbolo, quod diu ante Synodum Constantinopolitanam, adeoque Nicænam, in Oriente obtinuit, hoc argumento evincitur; quod istis ἰσοδυνάμα reperiantur in plerisque Arianorum apud Athanasium * confessionibus, quibus se veterem fidei Catholicæ regulam religiose servasse, aliis persuasum voluerunt. Sic in confessione sua Eusebiani credere se dicunt, Christum ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ διαμένοντα βασιλέα καὶ θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. *Venturum ad judicandum vivos & mortuos, & permanere Regem & Deum in sæcula.* Similiter & Theophronii confessio apud eundem Athanasium hæc de Christo habet: καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ μένοντα εἰς τοὺς αἰῶνας. *Illum rursum venturum esse cum gloria & potentia, ad judicandum vivos & mortuos, & permanere in sæcula.* Confessio itidem Arianorum per Marcellum & alios in Gallias missa, quam etiam refert Athanasius, eandem clausulam plenius exprimit his verbis: οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάλυτος ἔσται διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας *Cujus regnum indissolubile cum sit,*

* De Synodo Arim. & Seleuc.

p. 892.

p. 894.

p. 895.

sit, permanet in sæcula infinita. Eandem habent sententiam confessio eorundem per Macedonium & alios in Italiam missa, & confessio Synodi Syrmiensis ab Athanasio postmodum recitatæ. Manifestum est igitur, clausulam illam de Christi regni æternitate in veteri Symbolo Orientali extitisse. Quod etiam Symbolum respexisse videtur scriptor antiquissimus Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone: ubi recitata prius ὀρθογραφικῶς regula fidei de Christo Domino nostro, deinde introducit Tryphonem articulum de futuro Christi judicio quasi repetentem his verbis: ὅπως αὐτῷ δόξετε τὸ κρῖναι πάντας ἁπλῶς, καὶ αὐτὸς εἶναι ἢ αἰώνιος βασιλεία. *Quod ipsi datum sit judicare omnes omnino homines, quodque ipsius regnum sit æternum.* Censeo autem clausulam illam, *Cujus regni non erit finis*; in Cerinthianos intentam fuisse, qui docuerunt, magnifica illa, quæ de Christi regno in Scripturis dicuntur, intelligenda esse de regno quodam terreno, carnali, planeque Epicureo, mille tantum annos duraturo. Fuere quidem in prima Apostolorum successione etiam ex Catholicis plerique (in quibus fuit is, quem modo laudavi, Justinus) qui regnum quoddam Christi in terris per mille annos expectarunt: verum horum sententia, ut erronea fortasse fuerit, à Cerinthiana tamen hæresi toto cœlo distabat. Catholici enim isti minime crediderunt fœlicitatem illius regni sitam fore ἐν γαστρὶ καὶ τῇ ὑπὸ γαστέρα πλησμονῇ, τοῦτ' ἐν βρώσει καὶ πόσει καὶ γάμοις· *in ventris & eorum quæ sub ventre sunt satietate, id est, in cibis & poculis & nuptiis*; quæ fuit, teste Dionysio Alexandrino, Cerinthi sordida & obscæna sententia; sed

p. 896. & 900.

p. 264.

Apud Euseb. H. E. l. 7. c. 25.

ſed regnum Chriſti expectabant, in quo floreret pax, veritas & juſtitia, & pietas prævaleret, Deique ſacroſanctum nomen condignis ubique laudibus celebraretur. Deinde Catholici temporarium illud Chriſti regnum ſperarunt, tantum ut præludium quoddam (ſi ita loqui fas ſit) ad regnum ipſius cœleſte, quod in infinita ſæcula permanſurum crederent.

Ex iis vero omnibus, quæ hactenus diſſeruimus, (17.)
ſatis tandem, ut opinor, elucet Symboli Hieroſolymitani antiquitas, ipſumque nihil aliud revera eſſe, quam vetus Symbolum Orientale, quod adverſus multiplicem Gnoſticorum hæreſim, mox poſt denatos Apoſtolos in partibus Orientis caput ſuum inſolentius efferentem, viri Apoſtolici velut Antidotum, compoſuerunt. Unde & Cyrillus ipſum vocat παραδοθεῖσαν ἡμῖν εἰς ἐπαγγελίαν ἁγίαν καθολικὴν πίστιν. *traditam nobis ad profitendum Sanctam & Apoſtolicam fidem.* Ex quibus porro facile eſt colligere Symbolum illud omnibus Symbolis Occidentalibus, etiam ipſo Romano eſſe antiquius. Refert quidem Voſſius tanquam miram atque à vero abſimillimam, viri eruditi Joannis Rodolphi Lavateri ſententiam, exiſtimantis, Symbolum Apoſtolorum dictum, ex Conſtantinopolitano eſſe factum; citatque ejus verba de deſcenſu Chriſti ad inferos lib. 1. part. 3. cap. 15. ſic ſcribentis. *Hanc (Synodi Conſtantinopolitanæ) confeſſionem ego poſtmodum, paucis immutatis, pro Symbolo Apoſtolico venditatam firmiſſime credo.* Hactenus autem cum viro illo erudito me ſentire profiteor, ut exiſtimem Symbolum Apoſtolorum dictum, hoc eſt Romanum ex Hieroſolymitano Catech. 18. p. 501.

lymitano ſive veteri Orientali Symbolo, quocum Conſtantinopolitanum, refectis ab ipſo quæ adverſus Arium & Macedonium addita fuere, plane convenit; conſarcinatum fuiſſe.

(18.) Sententiam meam clarius explicabo his Theſibus. 1. Formula, qua primitus ad baptiſmum venientes fidem ſuam de SS. Trinitate profitebantur, ſimplex erat atque his fere verbis concepta: *Credo in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S.* Hæc eſt paſſiva doctiſſimorum hodie Theologorum ſententia, neque ab ea, ut vidimus, Epiſcopius diſſenſit. 2 Eccleſiæ per Hæreticos non licuit ſimplici illa Trinitatis confeſſione diu frui. Cum enim in ipſis Apoſtolorum temporibus exorti eſſent Simoniani, Menandriani, Cerinthiani, aliique ejuſdem farinæ Hæretici, qui ſanam de Deo Patre, Filio & Spiritu S. doctrinam, aliaque Chriſtianiſmi capita præcipua corrumpere clanculum ſategiſſent; mox poſt Apoſtolorum ex hac vita exceſſum Pſeudoapoſtoli illi audacius ſuas hæreſes ſpargere ac diſſeminare cœperunt. Hinc viſum eſt Epiſcopis Eccleſiarum, quibus hæretici iſti moleſtiam crearent, confeſſionem Fidei auctiorem componere, atque à baptizandis deinceps exigere; qua nempe vera de SS. Trinitate ſententia clarius exponeretur, adjectis præterea cæteris Chriſtianæ fidei capitibus, quæ iidem Hæretici itidem oppugnarunt. 3 Primi illi Hæretici in Oriente exorti ſunt, Eccleſiaſque Orientales fere ſolas conturbarunt, ut ſupra oſtenſum eſt. 4 Hinc facile colligimus, primam Fidei confeſſionem ampliorem in Oriente confectam fuiſſe. Ubi ſcilicet ſparſum fuit venenum, ibi parabatur antidotus.

tus. ς ἐξηγήσεις & adjectiones, quæ ad primam illam ac ſimpliciſſimam fidei Confeſſionem ab Orientalibus appoſitæ fuerunt, pleræque poſtmodum à Romana & Occidentalibus Eccleſiis in ſuam fidei Confeſſionem receptæ fuere, licet earum quidem nonnullæ ſerius. Nam etiam Ruffini ætate in Romano & Aquilegienſi Symbolo, articulo de Deo Patre aberant verba illa, *Creatorem cœli & terræ*. Quippe Ruffinus ea in Aquilegienſi non habet, neque explicat, nec monet addi in Romano. Vide Voſſium de tribus Symbolis Diſſert. 1. Theſ. 31. Atqui conſtat ex iis, quæ paulo ſuperius dixi, clauſulam illam de creatione rerum omnium per ſummum Deum, in antiquiſſimis Orientis Symbolis contra Gnoſticorum hæreſim poſitam fuiſſe. Atque hinc ipſe Irenæus in ſua fidei regula, hæc verba diſerte habet: ὁ πεποιηκὼς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. *Qui fecit cœlum & terram.* In articulo de Eccleſia deſiderabatur Ruffini ætate in Symbolo Aquilegienſi & Romano vox *Catholicam*. Neque enim in Aquilegienſi eam explicat Ruffinus, nec monet in Romano haberi. In Pammeliana quidem editione vox iſta apponitur, ſed contra fidem codicum vetuſtiſſimorum. Leviculum quidem hoc fortaſſe videbitur; quod vero proxime notabimus, certe maximi erit momenti. In Romano & Aquilegienſi Symbolo uſque ad Ruffini tempora & amplius deerat (Quod, ut vidimus, Symbolum Orientale diu ante habuit) caput de credenda vita æterna, ut apertiſſime oſtendit Voſſius de tribus Symbolis Diſſ. 1. Theſ. 43. Vide & notas τῶν μακαρίτου Oxonienſis Epiſcopi in Epiſtolam Cypriani Synodicam n. 70. p. 190.

In

In Africano tamen Symbolo etiam Cypriani ætate hic articulus habebatur, ut oſtenſum eſt ſupra. §. 7.

(19.) Dixi autem additamenta Orientalium *pleraque*, non omnia, à Romana Eccleſia in ſuum fidei canonem recepta fuiſſe. Quæ enim in Symbolo Orientali vel παρέλκειν ipſi videbantur, vel adverſus hæreſes in partibus Occidentis pene ignotas addita fuere, Romana Eccleſia, brevitatis amans, in ſua confeſſione prætermiſit. Sic in articulo primo de Deo Patre, recepit quidem, licet ſerius, verba illa *factorem cæli & terræ*, non item ſequentia, & *viſibilium omnium & inviſibilium*; quod hæc in præcedentibus contineri exiſtimavit. Præterea de iſtis hominum portentis, qui viſibilia & inviſibilia diverſis auctoribus aſſignarunt, plebs Romæ Chriſtiana vix fando inaudiverat. In eodem & ſequenti articulo vocem ἕνα *unum*, quam omnes Eccleſiæ Orientis, teſte Ruffino, in ſua regula habuerunt, Romana omiſit; quod ſcilicet blaſphemia eorum, qui unum Deum Patrem creatorem, unumve Jeſum Chriſtum negarent, Romæ ferme ignorata fuit. Rurſus in ſecundo articulo poſt verba, *unigenitum Dei Filium*, Romana Eccleſia non addidit, quæ ἀμέσως in Symbolo Orientali ſubjecta fuerunt, nempe *genitum ex Patre ante omnia ſæcula*, &c. quod hæc in prioribus δυνάμει, h. e. potentia ſive virtute comprehenſa eſſe omnes intelligerent, atque in Catecheſi edocti eſſent. Sic & in ſeptimo capite, de adventu Chriſti ad judicandum vivos & mortuos, in Romano Symbolo deſiderantur, quæ in Orientali continuo ſequuntur, *cujus regni non erit finis*; quod

quod Cerinthi ſomnium nemo Romæ ſomniavit. Octavus Romani Symboli articulus etiamnum nudus relinquitur, ſine ulla exegeſi aut adjectione, plane ut in prima & ſimpliciſſima Trinitatis confeſſione ſe habuit; *Credo & in Spiritum S.* quod ſæpe olim miratus fui. Quippe in articulis de Deo Patre & Filio, nonnulla, ut vidimus, mutuata eſt Eccleſia Romana ab Orientalibus, quæ ſuæ confeſſioni apponeret. Quin etiam poſt articulum de Spiritu Sancto, Orientalium exemplo, capita quædam, nempe de Eccleſia, de remiſſione peccatorum, &c. adjecit. Cur igitur ipſum de Spiritu S. articulum nulla ἐξηγήσει illuſtravit? Quin hic itidem Orientalium Eccleſiarum imitata eſt exemplum, addendo *Paracletum, qui locutus eſt per Prophetas*? Equidem ſi conſulto hæc omiſſio facta fuit, dicendum eſt, ut in prioribus, verba iſta in Romano Symbolo ideo prætermiſſa fuiſſe, quod hæreſim ferirent, quæ Romanæ Eccleſiæ nullum negotium faceſſeret. Neque vero alia hic adjectione opus fuit, ſiquidem præter illam Gnoſticorum, (quæ etiam non tam ipſi Spiritui Sancto, quam Legi & Prophetis directam contumeliam fecit) nulla alia hæreſis uſpiam exorta eſt, quæ dignitatem Spiritus Sancti ex profeſſo atque aperto Marte labefactatum iverit, ante Macedonium, contra cujus blaſphemiam mox à Patribus Conſtantinopolitanis ſatis proviſum fuit. Arius quidem negando Filii Divinitatem, conſequenter Spiritus etiam Sancti divinam Majeſtatem magis negavit; neque enim adeo deſipere potuit Hæreticus, ut Filio Dei Spiritum S. anteponeret; (adeoque ab * Epiphanio, † Ambroſio & * Auguſtino,

* Epiph. Hær. 69. n. 52. 56.
† Amb. de Symb. c. 2.
* Aug. de Hær. c. 69.

ſtino, accuſatur quod Spiritum S. creaturam eſſe creaturæ dixerit) verum in hac hæreſi propugnanda operam ſuam minime poſuit; unde neque Synodus Nicæna contra ipſum quicquam de Spiritu S. definivit. Nimirum Antitrinitarii ſingulis ætatibus Filii Dei Θεότητα oppugnandam ſibi imprimis ſelegerunt, arrepta ſcilicet occaſione ex iis Scripturæ locis, quæ incarnationem ejus, & ſuſceptam ab ipſo ſalutis noſtræ cauſa οἰκονομίαν ſpectant; (neglectis interim, ſeu abjectis potius, quamplurimis S. literarum teſtimoniis, quæ de ejus Θεολογίᾳ loquuntur apertiſſime) quo prætextu cum in oppugnanda Spiritus S. Divinitate uti minime potuerint, de ipſa ſilere maluerunt, contenti per Filii quaſi latera Spiritum etiam Sanctum confodiſſe. Cæterum notatu interim haud indignum eſt, quod etiam veteres Latini Doctores nonnulli, articulum Symboli ſui de Spiritu S. exponentes, ad Orientalium illud additamentum manifeſte reſpexerunt. Sic Novatianus Cypriani σύγχρονος & Romanæ Eccleſiæ presbyter, in regula fidei, ſive ut hodie loquimur, in libro de Trinitate, cap. 29. ad articulum de Spiritu S. & hæc habet: *Hunc autem Spiritum Dominus Chriſtus modo* Paracletum *appellat, modo Spiritum veritatis eſſe pronuntiat; qui non eſt in Evangelio novus, ſed nec nove datus: nam* Hic ipſe & in Prophetis *populum accuſavit, & in Apoſtolis ad vocationem Gentibus præſtitit.* Et paucis interjectis: *Unus ergo & idem Spiritus, qui in Prophetis & Apoſtolis, &c.* Ubi habemus ſenſum & ſcopum verborum, τὸ προφήτην, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν liquido explicatum. ſcilicet iis ſignificatur, non alium fuiſſe Spiritum

Spiritum ſub Veteri Teſtamento, alium ſub Novo, non alium Prophetarum, alium Apoſtolorum, ſed unum eundemque Spiritum, qui Apoſtolos inſpiravit, etiam per veteres locutum fuiſſe Prophetas, contra quàm præfati docerent Hæretici. Similiter Ruffinus in expoſitione Symboli, poſtquam notaverat, verbis illis, *Credo in Spiritum S.* per præpoſitionem *in* Divinitatem ejus indicari; continuo ſubdit: *Is ergo Spiritus Sanctus eſt*, Qui in Veteri Teſtamento Legem & Prophetas; in Novo Evangelium & Apoſtolos inſpiravit. Denique caput decimum Symboli Romani de remiſſione peccatorum, manifeſto nihil eſt aliud quam ſegmentum articuli in veteri Symbolo Orientali, ſic plenius expreſſi: *Credo in unum baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*; Sive, ut Patres Conſtantinopolitani caput illud tradunt, *Confiteor unum baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Cujus articuli priorem partem de Baptiſmo ideo Romani videntur ſiluiſſe, quod à Gnoſticorum de Sacramento illo hæreſi, quam ſupra commemoravi, Eccleſiæ Romanæ nihil periculi immineret. Cæterum cum in hiſce omnibus, quæ hactenus notavimus, Symbolum Romanum Orientali arctius fuerit; aliis tamen duobus integris articulis ipſo hodie eſt auctius, articulis nempe *de deſcenſu Chriſti ad inferos & de communione Sanctorum.* Sed dudum obſervarunt viri eruditi, articulos iſtos antiquitus à Romano etiam Symbolo abfuiſſe. Atque hæc demum ſunt, quæ mihi perſuaſerunt, Symbolum Orientale, à Cyrillo expoſitum, Romano, quod Apoſtolorum dicitur, eſſe antiquius, adeoque

V. Voſ. de trib. Sym. Diſ. 1. Th. 34. & not. in Ep. Cypriani 70. p. 190. Edit. Oxon.

adeoque hoc ex illo factum ac derivatum fuisse.

(20.) Unicam præterea observationem adjiciam, dein huic disceptationi, de Symbolis veteris Ecclesiæ, jam satis quidem prolixæ, finem tandem facturus. Notandum est igitur, etiam ipsos Arianos in suis fidei confessionibus apud Athanasium, quas jam supra in hoc capite commemoravi, articulum de Filio Dei ad eundem fere modum retulisse, quo in Symbolo Hierosolymitano sese habet. Sic enim prima ipsorum confessio, ab Athanasio recitata, articulum istum tradit: καὶ εἰς ἕνα υἱὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ, πρὸ πάντων αἰώνων ὑπάρχοντα καὶ συνόντα τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. i. e. *Et in unum Filium Dei unigenitum, ante omnia sæcula existentem & coexistentem cum Patre qui eum genuit, per quem omnia facta sunt.* Sic & altera confessio, quæ apud Athanasium mox sequitur: καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ Θεὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, τὰ γενηθέντα πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, Θεόν. i. e. *Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium ejus, unigenitum Deum, per quem omnia, qui ante sæcula genitus est ex Patre Deus.* Ad eundem modum Theophronii confessio: καὶ εἰς τὸν υἱὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, τὰ γενηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, Θεὸν τέλειον· i. e. *Et in Filium Dei unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, qui genitus est ex Patre ante sæcula, Deus perfectus.* Ubi Θεὸν τέλειον certe tantundem valet atque Θεὸν ἀληθινὸν in Symbolo Hierosolymitano. Sic & confessio eorundem per Narcissum & alios in Gallias missa, Constanti Augu-

sto

ſto tradenda ; καὶ εἰς τὸ μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, Θεὸν, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα. i. e. *Et in unigenitum ejus Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ante omnia ſæcula ex Patre genitum, Deum, per quem omnia facta ſunt.* Atque ita confeſſiones ipſorum, quæ ab Athanaſio poſtmodum deſcriptæ ſunt, ferme omnes articulum tradunt. His autem Confeſſionibus ipſi dicunt, ſe regulam Fidei ab initio traditam, religioſe ſecutos eſſe. Sic enim primæ ipſorum confeſſioni præfantur : οὐκ ἄλλην τινὰ πίστιν ἔσχομεν ἢ ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν ἐδεξάμεθα. *Non aliam fidem, quam quæ ab initio tradita fuit, recepimus.* Ipſam vero confeſſionem ita exordiuntur : μεμαθήκαμεν ἐξ ἀρχῆς πιστεύειν; *didicimus ab initio credere*, &c. Sic & altera ipſorum confeſſio mox ab Athanaſio deſcripta : πιστεύομεν ἀκολούθως τῇ διδαγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει· i. e. *Credimus congruenter Evangelicæ & Apoſtolicæ traditioni*, &c. Hinc igitur rurſus colligimus, modum iſtum ſpecialem Filiationis Jeſu Chriſti, de quo contendit Epiſcopius; quo nempe is in excellentiori ſua natura, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitus fuit Deus, per quem omnia facta ſunt; in Symbolo ſive Symbolis, quæ ante Synodum Nicænam in Orientis Eccleſiis extitere, apertiſſime declaratum fuiſſe; plane quemadmodum in Symbolo Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, omnium Orientalium antiquiſſimæ, id factum videmus. Quippe Orientales fuere Ariani, qui confeſſiones iſtas, idque, ut ipſi profitentur, juxta canonem fidei inde ab initio in Eccleſiis ſuis receptum, edidere.

Deinde

(21.) Deinde hinc patet, Arianos istos fuisse αὐτοκατακείτους. Namque confitendo, Filium Dei ante omnia sæcula ex Deo Patre genitum fuisse, Deumque ipsum esse verum sive perfectum, perque ipsum creaturas omnes conditas fuisse; suum ipsi dogma manifeste jugularunt. Quis enim sanus crediderit, hac confessione nihil aliud significari, quam Filium Dei meram esse creaturam, ante alias quidem omnes creaturas ex nihilo factam, quæ fuit Arianorum sententia? Quomodo ante omnia sæcula extitit, qui demum in principio creationis, hoc est, in primo puncto primi sæculi existendi initium accepit? Quomodo Deus esse Deusque verus sive perfectus, omniaque creare ex nihilo potuit, qui mera ipse creatura est? Recte enim Athanasius: οὐκ οἷόν τε μίαν ἔχειν τὰ δημιουργούμενα τῷ δημιουργοῦντι τὴν γένεσιν. i. e. *Fieri non potest, ut Conditor & res conditæ unam & eandem naturam, sive genituram habeant.* Denique quomodo ex ipso Deo Patre genitus, qui ex nihilo factus? Hinc idem magnus Athanasius Arianos ex suis ipsorum confessionibus ita porro acriter redarguit: καὶ ὑμεῖς ἐγράψατε ἐκ τοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι τὴν υἱόν· εἰ μὲν οὖν τὴν πατέρα ὀνομάζοντες, ἢ τὸ Θεὸς, ὄνομα λέγοντες, οὐκ οὐσίαν σημαίνετε, οὐδὲ αὐτὸν τὴν ὄντα, ὅπερ ἐστὶ κατ' οὐσίαν νοεῖτε, ἀλλ' ἕτερόν τι περὶ αὐτὸν ἢ τὸ γοῦν χεῖρον, ἵνα μὴ παρ' ἐμοῦ λέγηται, ἀλλὰ τούτων σημαίνετε, ἔδει μὴ γράφειν ὑμᾶς ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν υἱόν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ἢ τῶν ἐν αὐτῷ· ἵνα φύγοντες λέγειν ἀληθῶς πατέρα τὴν Θεὸν, συνθετον δὲ τὴν ἁπλοῦν, καὶ σωματικῶς αὐτὸν ἐπινοοῦντες, καινοτέρας βλασφημίας ἐφευρεταὶ γένησθε· i. e. *Etiam vos ipsi scripsistis ex Patre genitum esse Filium: si igitur Patrem nominantes, aut hoc vocabulum,* Deus *efferentes, non substantiam significatis,*

ſignificatis, neque eum qui eſt, uti eſt pro ſua ſubſtantia intelligitis, ſed aliud quidpiam quod circa ipſum eſt, aut aliquid pejus, quod à me dictum nolim, innuitis, ſcribendum à vobis fuerat, non ex Patre Filium prodiiſſe, ſed ex rebus quæ circa ipſum vel in ipſo ſunt: ut vitantes vere Patrem Deum appellare, ac pro ſimplici compoſitum, ac corporeum ipſum intelligentes, novæ blaſpemiæ inventores fiatis. Et paulo poſt; εἰρήκατε ὃ καὶ ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν υἱόν· δηλονότι ἐκ τῆς ὀσίας τοῦ πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε. i. e. *Etiam vos ipſi cum dixiſtis ex Deo Filium eſſe, utique ex Patris ſubſtantia ipſum eſſe dixiſtis.* Præterea ut demus, verba veteris Symboli ſenſum, quem Ariani ipſis affinxerunt, ferre poſſe; certum tamen adhuc eſt, primævam Eccleſiam, quæ Symbolo iſto uſa eſt, verba longe alio ac nobiliori ſenſu intellexiſſe. Quippe Doctores Catholici ante Arium, utcunque alias in quæſtione de Filii divinitate illorum nonnulli vel incautius vel obſcurius nonnunquam locuti fuerint, omnes tamen, uno quaſi ore, Filium Dei ita ex Deo Patre genitum eſſe fatebantur, ut ex ipſa ejus eſſentia natus, adeoque Deus revera ipſe fuerit: quod in noſtra Nicænæ Fidei Defenſione per totam ſectionem ſecundam fuſiſſime demonſtratum eſt. Fruſtra igitur gloriabantur Ariani, ſe ab antiquo Fidei canone minime receſſiſſe; ſiquidem regulæ illius verba tantum, non verum, atque inde ab initio receptum in Eccleſia ſenſum tenuere.

Denique hinc perſpicuum eſt, Synodum Nicænam, adverſus impia iſta Arianorum commenta, atque ad verum ac genuinum articuli ve- (22.)

teris Symboli de Filio Dei sensum asserendum, recte ac necessario clausulam de τῷ ὁμοσίῳ adhibuisse. Nimirum loco eorum, quæ vetus habuit Symbolum, nempe, *Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum verum, per quem omnia facta sunt.* Patres Nicæni hæc substituerunt: γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. i. e. *Natum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt.* Ubi videmus quidem verba veteris Symboli post μονογενῆ *unigenitum*, nempe *ex Patre genitum ante omnia sæcula*, omissa esse; ut scilicet clausulæ de τῷ ὁμοσίῳ locus pateret. Patres vero Constantinopolitani verba ista retinuere additis de τῷ ὁμοσίῳ ex Symbolo Nicæno, quæ sufficerent; hunc in modum: τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ πάντα ἐγένετο. i. e. *Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum de Deo, & lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt.* Palam est autem, nihil hic veteri Symbolo Orientali additum fuisse, quod non in ipso antea δυνάμει contineretur. Qui enim ante omnia sæcula ex Deo Patre genitus est, Deusque est *Verus*, per quem omnia facta sunt, is ut Deo Patri sit ὁμοούσιος, hoc est, ejusdem cum ipso

ipso naturæ sive essentiæ (quod unum voce ista Patres voluerunt) omnino necesse est: atque ita verba veteris Symboli, ante motam controversiam Arianam, Catholici omnes semper intellexerunt.

Ut igitur rem omnem compendio dicam; cum (23.) inter Arianos & Catholicos conveniret, per regulam fidei ab initio traditam, teneri omnes, credere in Filium Dei unigenitum, ante omnia sæcula ex Deo Patre genitum, Deum *verum* (sive ut Ariani isti loqui maluerunt *perfectum*) per quem omnia facta sunt; unum illud restat inquirendum, utra pars regulam illam rectius, hoc est, tum obviæ verborum ipsorum significationi tum sensui in Ecclesia recepto, congruentius interpretata sit; Ariani, qui Filium Dei nihil aliud esse quam primam creaturam à Deo ex nihilo factam docuerunt; (eo enim omnino rediit, abstersо fuco, ipsorum omnium sententia) an Catholici, qui Deum ipsum esse ipsissimum, ejusdem cum Deo Patre suo naturæ atque essentiæ crediderunt. Certe autem nihil est quod hic, veluti in bivio, diu hæreamus; siquidem manifestissimum est, regulæ illius genuinum sensum revera tenuisse solos Catholicos, ab ipso vero Arianos toto cœlo aberrasse, adeoque à Canone Fidei plane desciviſſe. Quid igitur de Theodotianis, Artemonitis, Samosatenianis, Photinianis, nostrique sæculi portentis Sociniſtis (quorum tamen advocatus fieri Episcopius nec veritus est nec erubuit) statuendum sit, nemo est, qui per se non facile videat.

Itaque diligenter investigatis atque accurate expensis, quæ ante Synodum Nicænam in Ecclesiis

obtinuere, fidei Symbolis, abunde tandem liquet, quam frustra *ex ipsis* Episcopius probare conatus sit, *in primitivis Ecclesiis, quæ ab ipsis usque Apostolorum temporibus, saltem per tria integra sæcula fuerunt, modum istum specialem Filiationis Jesu Christi*; quo nempe ex ipso Deo Patre ante omnia sæcula genitus, adeoque Deus ipse fuit; *ad salutem scitu ac creditu necessarium non fuisse judicatum.* Certe quidem contraria assertio ex iisdem Symbolis omnino euincitur. Ad expediendum nunc quod reliquum est, Christo Servatore ac Deo nostro adjuvante, pergamus.

CAP. VII.

De celebri loco Justini in Dialogo cum Tryphone Judæo.

(1.) SUperest alterum Episcopii argumentum, quo assertionem suam probare nititur. *Secundum* (inquit) *quo Antecedens probo, est; ex Justino scriptore antiquissimo, quippe qui floruit anno post natum Christum* CL. *& pro Christiana religione Martyre, non obscure patet, Ecclesias Christianas istorum temporum non modo non judicasse necessariam ad salutem modi istius peculiaris tum determinationem tum professionem, sed & communionem coluisse cum iis, qui modum istius Filiationis negabant, & Jesum Christum*

stum non nisi Ψιλὸν ἄνθρωπον, *seu hominem ex hominibus, & electione Christum factum esse, se credere profitebantur. Locus Justini, unde id liquet, extat in Dialogo ejus cum Tryphone Judæo, quem citatum videre est in Apologia Remonstrantium sub finem resp. ad Censuram cap.* III. *& prolixe deductum stabilitumque in Resp. Remonst. nostra ad specimen Calumniarum, &c. Professorum quatuor Leydensium. Nos, ne actum agamus, ad ista scripta vos remittimus.* Hæc ille.

Locum hic adferam integrum, non, ut à Remonstrantibus in sua Apologia citatur, mutilum, caudaque decurtatum. Sic igitur eo in loco Justinus disserit: * ἤδη μέν τοι, ὦ τρύφων, οὐκ ἀπόλλυται τὸ † τοιοῦτον εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων Θεὸς ὤν, καὶ γεγένηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου, ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις οὗτος ἔσται· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω ὅτι προϋπῆρχε καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν σάρκα ἔχων κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν, ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ πεπλανῆσθαί με μόνον λέγειν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐὰν φάινηται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων γεννηθεὶς, καὶ ἐκλογῇ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι ἀποδεικνύηται. καὶ γὰρ εἰσί τινες, ὦ φίλοι, ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι· οὐδ' ἂν πλεῖστοι ταῦτά μοι δοξάσαντες εἴποιεν· ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπείοις διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι· i. e. *Verum enim vero, ô Trypho, non amittitur illud, hunc esse Christum Dei, si probare nequeam, & extitisse ipsum prius Filium conditoris hujus Universitatis esse-*

(2.)

* Dial. cum Tryp. p. 267.

† Lege τοῦτον.

que Deum, & genitum esse hominem ex Virgine, omnino interim demonstrato, hunc esse Christum illum Dei, qualiscunque demum is futurus fuerit. Quod si non demonstravero, eum & prius extitisse & nasci hominem sustinuisse, iisdem nobiscum perpessionibus obnoxium, carnemque habentem, secundum Patris consilium & voluntatem, in hoc errasse me tantum æquum fuerit dicere, non vero negare hunc esse Christum illum, etiamsi tanquam homo ex hominibus genitus videatur, & electione Christus factus esse asseratur. Sunt enim nonnulli, ô amici, ex genere nostro, confitentes ipsum esse Christum, sed hominem ex hominibus genitum esse affirmant: quibus ego minime assentior, neque sane plerique, eadem mecum sentientes, illud dixerint. Siquidem non hominum traditionibus ac doctrinis jussi sumus à Christo credere, sed eis, quas beati Prophetæ promulgarunt, & ipse Christus docuit. Ab Justini hic Interprete discessi, cum in aliis quibusdam minutioribus tum maxime in verbis illis vertendis; ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ θεοῦ. ὅστις οὗτος ἔσται: quæ Interpres ita reddit: *præterquam ex eo omni, quo probatur hunc esse Christum illum Dei, quod talem eum fore præostensum sit.* Quæ versio neque textui Græco ullo modo convenit, neque bonum sensum habet. Ex antecedentibus enim liquet, sensum Justini hunc omnino esse: Si modo alias ex Prophetis solide probaverim, Jesum nostrum esse Christum illum Dei, qualiscunque demum is juxta ipsorum vaticinia futurus fuerit; (sive Deus scilicet ex Virgine homo nasciturus, quod ego

cum

cum Catholica Chriſti Eccleſia ſentio; ſive homo tantum ex hominibus genitus, ut tu, Trypho, Judæique tui exiſtimatis;) etiamſi demonſtrare nequeam illum eſſe Dei Filium & ex Virgine hominem factum, non eſt tamen quod vos propterea negetis, ipſum eſſe Chriſtum illum à Prophetis prædictum ac promiſſum.

Certum habeo, nihil in his Juſtini verbis con- (3.)
tineri, ex quo Epiſcopius aut Remonſtrantes probare poſſunt, vel Eccleſiam Juſtini tempore, vel ipſum etiam Juſtinum dogma de Filii Divinitate pro creditu ad ſalutem neceſſario minime habuiſſe, nedum communionem coluiſſe cum iis, qui dogma illud negarent. Equidem ſi quicquam ex hoc loco probant Remonſtrantes, nimium probant, quod peſſimi argumenti certum eſt indicium. Qui enim ab Juſtino hic notantur dogmatiſtæ, Servatorem noſtrum non modo hominem tantum, ſed hominem ex hominibus genitum, hoc eſt, ex viri & fœminæ concubitu, communi hominum more, natum eſſe affirmarunt. Hinc igitur, ſi recte ex hoc loco Remonſtrantes argumentantur, ſequetur, Juſtinum Eccleſiamque Juſtini tempore, cum iis, qui ſuſque deque habita ſacrorum Evangeliſtarum authoritate ſpretaque Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ conſtante concordique traditione, Chriſtum hominem ex Maria Virgine natum eſſe negare auſi ſunt, communionem coluiſſe: quod quiſquis ſerio ſibi perſuaſerit, ad Anticyras plane relegandus eſt. Nondum quidem vidi *Reſponſionem Remonſtrantium ad Specimen calumniarum, &c. quatuor Profeſſorum Leydenſium*, ut quomodo ibi ex citato Juſtini loco aſſertionem ſuam

que Deum, & genitum esse hominem ex Virgine, omnino interim demonstrato, hunc esse Christum illum Dei, qualiscunque demum is futurus fuerit. Quod si non demonstravero, eum & prius extitisse & nasci hominem sustinuisse, iisdem nobiscum perpessionibus obnoxium, carnemque habentem, secundum Patris consilium & voluntatem, in hoc errasse me tantum æquum fuerit dicere, non vero negare hunc esse Christum illum, etiamsi tanquam homo ex hominibus genitus viaeatur, & electione Christus factus esse asseratur. Sunt enim nonnulli, ô amici, ex genere nostro, confitentes ipsum esse Christum, sed hominem ex hominibus genitum esse affirmant: quibus ego minime assentior, neque sane plerique, eadem mecum sentientes, illud dixerint. Siquidem non hominum traditionibus ac doctrinis jussi sumus à Christo credere, sed eis, quas beati Prophetæ promulgaruut, & ipse Christus docuit. Ab Justini hic Interprete discessi, cum in aliis quibusdam minutioribus tum maxime in verbis illis vertendis; ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις ποτὲ ἔσται: quæ Interpres ita reddit: *præterquam ex eo omni, quo probatur hunc esse Christum illum Dei, quod talem eum fore præostensum sit.* Quæ versio neque textui Græco ullo modo convenit, neque bonum sensum habet. Ex antecedentibus enim liquet, sensum Justini hunc omnino esse: Si modo alias ex Prophetis solide probaverim, Jesum nostrum esse Christum illum Dei, qualiscunque demum is juxta ipsorum vaticinia futurus fuerit; (sive Deus scilicet ex Virgine homo nasciturus, quod ego

cum

cum Catholica Christi Ecclesia sentio; sive homo tantum ex hominibus genitus, ut tu, Trypho, Judæique tui existimatis;) etiamsi demonstrare nequeam illum esse Dei Filium & ex Virgine hominem factum, non est tamen quod vos propterea negetis, ipsum esse Christum illum à Prophetis prædictum ac promissum.

Certum habeo, nihil in his Justini verbis contineri, ex quo Episcopius aut Remonstrantes probare possunt, vel Ecclesiam Justini tempore, vel ipsum etiam Justinum dogma de Filii Divinitate pro creditu ad salutem necessario minime habuisse, nedum communionem coluisse cum iis, qui dogma illud negarent. Equidem si quicquam ex hoc loco probant Remonstrantes, nimium probant, quod pessimi argumenti certum est indicium. Qui enim ab Justino hic notantur dogmatistæ, Servatorem nostrum non modo hominem tantum, sed hominem ex hominibus genitum, hoc est, ex viri & fœminæ concubitu, communi hominum more, natum esse affirmarunt. Hinc igitur, si recte ex hoc loco Remonstrantes argumentantur, sequetur, Justinum Ecclesiamque Justini tempore, cum iis, qui susque deque habita sacrorum Evangelistarum authoritate spretaque Apostolicæ & Catholicæ Ecclesiæ constante concordique traditione, Christum hominem ex Maria Virgine natum esse negare ausi sunt, communionem coluisse: quod quisquis serio sibi persuaserit, ad Anticyras plane relegandus est. Nondum quidem vidi *Responsionem Remonstrantium ad Specimen calumniarum, &c. quatuor Professorum Leydensium*, ut quomodo ibi ex citato Justini loco assertionem suam (3.)

suam confirmaverint, certo scire nequeam, proinde conjecturis hic uti necesse habeam.

(4.) Nunquid igitur quod contendunt, ex eo effici existimarunt, quod Justinus dicat, non amitti sive perire illud, Jesum esse Christum promissum, si & Deum illum esse, & ex Virgine hominem natum, demonstrari nequiret? Atqui manifestissimum est, uti hic Justinum eo argumenti genere, quod *ad hominem* dicitur, quo in disputationibus hujusmodi nihil est frequentius. Nimirum Justinus supra cœperat ostendere, de Christo à Prophetis prænuntiatum fuisse, quod ante sæcula Dei Filius Deusque existens, tandem ex Virgine homo nasciturus esset. Deinde vero cum ad disserendum de aliis quibusdam digressus fuerat, Trypho ipsum ad priorem disputationem absolvendam revocat his verbis: καὶ περὶ τούτων ὅσα φρονεῖς ἀκηκόαμεν· ἀναλαβὼν οὖν τὸν λόγον ὅθεν ἐπαύσω, πέραινε· παράδοξός τις γὰρ ποτε καὶ μὴ δυνάμενος ὅλως ἀποδειχθῆναι δοκεῖ μοι εἶναι· τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν Θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν Χριστὸν, εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενόμενον ὑπομεῖναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρόν. i. e. *Quæ de his etiam tua sit sententia audivimus. Repetito ergo, unde digressus es, sermone, dicere perge. Admirabilis namque & qui demonstrari omnino nequeat, mihi videtur esse. Nam quod ais, præextitisse hunc Christum Deum ante sæcula, ac deinde nasci etiam hominem factum sustinuisse, & quidem non hominem ex homine; non modo admirabile & præter fidem mihi esse videtur, verum etiam stultum.* Atque Justinus quidem, ut jubet Trypho, postmodum disputationem illam resumit

reſumit lateque exequitur, fuſiſſime probans, Chriſtum à Prophetis prædictum, & Deum fore, & ex Virgine hominem naſciturum p. 274. & ſeq. Interea vero atque ut os cavillatori impræſentiarum quadantenus obſtrueret, ipſi dupliciter reſpondet. Primo acriter notat ejus & Judaicæ Gentis cæcitatem ac pervicaciam, qui ſermonem ſive doctrinam de Chriſto Dei Filio Deoque carnemque ex Virgine aſſumpturo, in veteri etiam teſtamento non obſcure traditam, tanquam incredibilem, abſurdam atque ſtultam rejecerint, adeoque hac in re delirantibus ſuis Rabbinis, potius quam Dei ipſius voci per θεοπνεύστους Prophetas, fidem habere maluerunt. διὸ (inquit) ὅτι ἀξιόλογός ὁ λόγος δοκεῖ εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τῆς γλώσσης ὑμῶν, ὅτιπερ τὰ τῆς Θεᾶς ἅτε νοῆσαι, ἅτε ποιῆσαι ποτὲ βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῆς διδασκάλων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ· i. e. *Scio incredibilem videri ſermonem iſtum, iis præſertim qui ex veſtra Gente ſunt, qui ea quæ Dei ſunt, neque intelligere neque facere unquam voluiſtis, ſed quæ Rabbinorum veſtrorum ſunt; pro eo atque ipſe Deus vociferatur.* Quanto igitur majori cæcitati (ut obiter id notem) à Deo derelictos ac damnatos Juſtinus eos ſenſerit, qui Chriſtianos ſe eſſe profitentes atque in clariſſima Evangelii luce (cui comparata vetus certe prophetia erat veluti λύχνος φαίνων ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ) viventes, 2 Pet. 1. 19.
doctrinam illam pari pertinacia reſpuerunt, proclive eſt conjectare. Certe quidem ſi Epiſcopius & Remonſtrantes hæc Juſtini verba, quæ locum ab ipſis citatum ἀμέσως antecedunt, attente legiſſent, nunquam, ut opinor, locum ipſum quicquam pro ſe facere, exiſtimaſſent. Sed pergamus.

Reſpondet

(5.) Respondet deinde Justinus redarguendo Tryphonem ex principiis ab ipso agnitis, loco à Remonstrantibus citato, hunc in modum: *Verum enim vero, ô Trypho, non amittitur, illud, hunc esse Christum illum Dei, &c.* Q. D. Si probare ex Prophetis nequirem (quod quidem ex parte jam probavi, & mox infra fusius atque efficacissime demonstrabo) Christum & Deum fore & nostræ salutis causa ex Virgine hominem nasciturum; nondum tamen ideo prorsus causa cecideri apud vos saltem Judæos, utpote qui minime potestis congruenter principiis vestris, propterea negare, Jesum nostrum esse Christum illum; siquidem non alium vos Christum, sive Messiam à Prophetis prædictum ac promissum expectatis, quam qui purus putus homo sit, ex hominibus genitus. Quod quidem mox Trypho ipse fatetur: πάντες
p. 268. (inquit) ἡμεῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐξ ἀνθρώπων γεγεννῆσθαι. i. e. *Omnes nos Christum hominem ex hominibus nasciturum præstolamur.* Perspicuum est igitur, argumentari hic Justinum non ex propria sententia, aut ex rei ipsius veritate, sed ex hypothesi Judæorum, quibuscum disputat. Equidem non potuit Justinus sine contradictione ispissima & manifesta everlione magnæ partis eorum, quæ in hoc Dialogo acriter contendit, affirmare vel concedere, ex eo quod Jesus Christus non sit Deus verus ex Virgine homo natus, non revera sequi, ipsum non esse Christum illum Dei à Prophetis præmonstratum; siquidem multus ibi atque vehemens est in demonstrando, de Christo illo Dei à Prophetis apertissime prædictum fuisse, & Deum omnino ipsum futurum,

futurum & carnem ex Virgine aſſumpturum. Præterea alibi Juſtinus diſerte docet, Chriſti Mediatoris officio parem eſſe potuiſſe neminem, niſi qui ipſiſſimus Dei Filius adeoque Deus eſſet. Locus illuſtris extat in Epiſtola ad Diognetum: Αυτὸς ἢ ἴδιον ὢν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, ἢ ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, ἢ δίκαιον ὑπὲρ ἀδίκων, ἢ ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, ἢ ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν· τί γὸ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι, ἢ ἐκείνε δικαιοσύν; ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατὸν τὸς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τῦ Θεῦ; ὦ τῆ γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὦ τῆ ἀνεξιχνιάστου δημιργίας. κ. λ. i. e. *Proprium ipſe* (*Deus Pater*) *Filium pretium redemptionis pro nobis dedit, Sanctum pro iis qui Legem tranſgreſſi erant, mali expertem pro malis, juſtum pro injuſtis, incorruptibilem pro obnoxiis corruptioni, immortalem pro mortalibus.* Quid enim aliud peccata noſtra potuit tegere quam ejus juſtitia? In quo alio *nos iniqui & impii pro juſtis haberi poſſumus, quam* in Solo Dei Filio? *ô dulcem permutationem! ô imperveſtigabile artificium, &c.* Itaque ex mente Juſtini fieri non potuit, ut pro peccatis noſtris Deo Patri ſatisfaceret (primarium autem hoc Chriſti Servatoris officium) alius, præter *proprium, incorruptibilem, immortalem Dei Filium.* Quem autem Dei Filium iſtis elogiis deſignet Juſtinus, norunt omnes, qui ſanctiſſimi Martyris ſcripta vel primis unquam labiis attigerunt. Nimirum iiſdem conſtanter Filium illum Dei intelligit, qui ante omnem creaturam ex Deo Patre genitus ſit, qui in conditione omnium ipſi σύμβελ & συνεργὸς adfuerit, qui denique præſtituto tempore è cœlis deſcenderit, homo p. 500.

homo factus propter hominum ſalutem. His autem non abſimilia ſunt, quæ habemus in hoc ipſo cum Tryphone Dialogo p. 322, 323. Ubi tradita prius luculenter Catholica doctrina, cum de univerſali humani generis reatu, ex loco illo celebri, *Maledictus omnis, qui non permanſerit in eis quæ ſcripta ſunt in libro Legis, ut ea faciat*; tum de ſatisfactione præſtita à Jeſu noſtro crucifixo, omnium hominum καταράς *maledictiones* in ſe excipiente; mox ſubdit, à Deo prædictum fuiſſe, id quod Judæi penitus ignorarunt, τοῦτον εἶ(ναι) τὸν πρὸ πάντων ὄντα, καὶ ἀιώνιον ἱερέα τοῦ Θεοῦ, καὶ βασιλέα, καὶ Χριστὸν μέλλοντα γίνεσθαι. *Hunc (Jeſum) eſſe qui ante omnia ſit, & æternus Dei Sacerdos, & Rex, & Chriſtus futurus fuerit.* Quibus ſignificat voluiſſe & decreviſſe Deum Patrem, ut non niſi per ante omnia exiſtentem & æternum Sacerdotem peccata hominum expiarentur. Confer etiam quæ ex Pſalmo 110 diſſerit de Chriſto Sacerdote ſecundum ordinem Melchiſedech ejuſdem Dialogi p. 250, 251. Neque fuit hæc ſingularis Juſtini opinio, ſed primævorum Patrum communis ſententia, qui uno omnes ore docuerunt neceſſe omnino fuiſſe, ut hominum Salvator & Mediator apud Deum, & Deus & homo ipſe eſſet: quod ingenti copia teſtimoniorum demonſtrare potuiſſem, ſi illud nunc ageretur. Impræſentiarum vero duos omnino Catholicæ doctrinæ teſtes adferam, ſed eos locupletiſſimos, alterum Juſtino antiquiorem, alterum ipſi ſupparem. Certe Ignatius, Apoſtolici ævi Epiſcopus, hoc ipſum non obſcure docet in celebri loco quem ſæpius citavimus, ex Epiſtola ad Epheſios: *Unus eſt Medi-*

cus

cus carnalis & Spiritualis, factus & non factus, in carne Deus, in morte vita vera, &c. Nimirum Ignatii sententia, gravissime ægrotantibus & moribundis animabus nostris salutarem medicinam afferre potuit is solus, qui θεάνθρωπος, h. e. Deus simul & homo fuit. Irenæus vero, Justino proximus, cum eandem doctrinam passim urget atque inculcat, tum maxime ipsam erudite explicat lib. 3. cap. 20. Ubi (textum Græcum suppeditante Theodoreto) ita disserit: ἥνωσεν οὖν τὴν ἄνθρωπον τῷ Θεῷ· εἰ γὰρ μὴ ἄνθρωπος ἐνίκησεν τὴν ἀντίπαλον τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἂν δικαίως ἐνικήθη ὁ ἐχθρός· πάλιν τε εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἂν βεβαίως ἔσχομεν αὐτήν· καὶ εἰ μὴ συνηνώθη ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν ἠδυνήθη μετασχεῖν τῆς ἀφθαρσίας· ἔδει γὰρ τὴν μεσίτην Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων διὰ τῆς ἰδίας πρὸς ἑκατέρους οἰκειότητος εἰς φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν τοὺς ἀμφοτέρους συναγαγεῖν, καὶ Θεῷ μὲν παραστῆσαι τὴν ἄνθρωπον, ἀνθρώποις δὲ γνωρίσαι τὴν Θεόν. i. e. *Hominem igitur cum Deo copulavit; etenim nisi hominis hostem homo superasset, haud æque victus esset inimicus. Rursus nisi Deus salutem donasset, haudquaquam firmam ac stabilem eam haberemus. Adhæc nisi homo cum Deo copulatus fuisset, incorruptibilitatis particeps fieri minime potuisset. Necesse quippe erat, ut Dei & hominum Mediator per suam cum utroque cognationem ac necessitudinem ambos amicitiæ fœdere inter se conciliaret, ac Deo quidem hominem sisteret, hominibus autem Deum patefaceret.* Non potuit igitur Justinus neque alius quisquam illius ævi Catholicus, salva hypothesi sua concedere, ex sententia illa, quæ Jesum merum esse hominem statuit, non revera sequi ipsum non esse Christum;

Christum; nam ex hac hypothesi, *Quicunque est Christus, is Deus ut sit necesse est*, (quæ Justini fuit & Catholicorum omnium) prorsus necessario efficitur, ex ipsorum sententia, qui negant Jesum esse Deum, omnino sequi, ipsum neque Christum esse. Restat igitur ut statuamus, Justinum in loco quo de quæstio est, argumentari ex hypothesi Judæorum, quibuscum agit, qui Christum purum putum hominem futurum crediderunt.

(6.) Verum objici præterea potest, Justinum de nonnullis istis, qui ipsius ætate, cum Jesum esse Christum faterentur, ejus tamen tum Divinitatem tum Nativitatem ex Virgine negarunt, ita non obscure loqui, quasi in communione Catholicæ Ecclesiæ fuissent; & pro veris Christianis habiti: dicit enim eos fuisse ὑπὸ τῶ ἡμετέρου γένους ex nostro, h. e. Christiano genere. Sed hoc nihil est. Poterant enim dogmatistæ illi ab Justino dici ex nostro, h. e. Christianorum genere, utpote τὸν Ἰησοῦν ὑποδεχόμενοι, καὶ φῶς τοῦτο Χειστιανοὶ εἶναι αὐχοῦντες. *Jesum recipientes, eoque Christianos se jactitantes*, ut de Ebionæis (quos etiam Justinum hic in animo habuisse infra videbimus) loquitur Origenes contra
n. 272. Celsum lib. 5. Qui etiam ejusdem operis lib. 8. de aliis quibusdam agens notissimis hæreticis, ipsos
387. appellat πανὰς ἐν πλήθει πιστευόντων *quosdam in multitudine credentium*. h. e. Christi fidem profitentium. Sic & Justinus ipse in Apologia 2da ad Antoninum Pium, de Simonis, Menandri, & Marcionis discipulis (Hæreticorum perditissimis) prius locutus, subjungit: πάντες οἱ ὑπὸ τούτων ὁρμώμενοι Χειστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον καὶ οἱ μὴ κοινοῦντες τὰ αὐτῶν

τῶν δογμάτων, τὸ ὀνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. i. e. *Omnes hi qui ab his proeunt, Christiani vocantur; plane quemadmodum Philosophis, cum iis non sint communia dogmata, nomen tamen, quod à Philosophia dicitur, commune est.* Equidem si Justinus certamen hic habuisset, cum aliqua secta Christianorum à se dissentiente, eosque, quorum de Christo φιλῷ ἀνθρώπῳ sententiam describit, contradistincte, ut loquuntur, ex nostro genere dixisset; verosimiliter inde colligi poterat, ipsos ipsum pro hominibus suæ communionis adeoque Ecclesiæ Catholicæ veris membris habuisse. Atqui longe aliter se res habet. Disputat enim hoc in loco Justinus cum Tryphone sociisque ejus Judæis, professis Christianismi hostibus; quibus cujuscunque sectæ homines, Christianam religionem profitentes, tanquam sub uno omnes Christianorum genere sive communi nomine comprehensi, recte contradistingui poterant. Cæterum ubi Justinus loquitur de Christianis à se in quæstione aliqua dissentientibus, qui tamen in Ecclesiæ communione fuere, receptamque in Ecclesia Fidei regulam tenuerunt, hoc ipsum clare significare solet. Sic in hoc ipso Dialogo verba faciens de Christianis Catholicis, qui Chiliastarum sententiam, quam ipse amplexus est, rejecerunt, ipsos dicit τὲς τὰ καθαρὰς καὶ εὐσεβῆς ὄντας Χριστιανὲς γνώμης *Christianos puræ alioqui piæque sententiæ.* Si ita de iis, qui Christi Domini nostri Divinitatem negarunt, locutus fuisset Justinus, habuissent quidem Remonstrantes, quod sibi gratularentur de communione, quam Justinus Ecclesiaque Justini tempore cum ipsis coluit. Sed frustra

frustra omnino hoc probatum iverint ex eo tantum, quod Justinus heterodoxos istos dixerit ἀπὸ τ ἡμετέρ γένους *ex nostro genere*. Quid vero si ne hoc quidem Justinus dixerit? Certe quidem ego persuasissimum habeo, mendum hoc in loco agnoscendum esse, permutatione tantum unius literæ facile corrigendum; scilicet pro ἡμετέρ scribendo ὑμετέρ: eaque emendatione admissa, verba ἀπὸ τ ὑμετέρ γένους vertenda esse *ex vestra Gente*, hoc est, Judaica. Sane in ipso initio perioches, quam citarunt Remonstrantes, manifestum est Librarii σφάλμα, uni satis brevi vocabulo duas de suo literas adjicientis; transcribendo scilicet τοιῦτον pro τὸτον, ut in Margine notavimus: quid mirum igitur, si pro υ hic ι scripserit? Rationes vero, quibus ut ita plane sentiam adducor, hæ fere sunt. 1 Ubicunque in hoc Dialogo locutio ista οἱ ἀπὸ τ γένους occurrit, vox γένος non μεταφορικῶς, sed proprie accipitur pro *gente*; ut οἱ ἀπὸ τ γένους τινός dicantur, qui ex certa aliqua gente sunt. Sic in sententia quæ locum citatum proxime antecedit, τοῖς ἀπὸ τ γένους ὑμῶν *iis qui ex vestra gente sunt*. Sic pagina præcedente οἱ ἀπὸ τ γένους τ ὑμετέρ qui ex gente vestra sunt. Et sic ubique. Atqui hoc sensu non poterat Justinus Christianæ religionis professores dicere τὸ ἡμέτερον γένος. Siquidem Christiani non omnes unius gentis erant. Unde nusquam alibi, quod sciam, reperias Christianorum universitatem ab Justino dictam τὸ ἡμέτερον γένος. 2 Heterodoxi, de quibus loquitur Justinus, Ebionæi erant, ut mox demonstrabimus, qui revera ex gente fuere Judaica. Unde hæresim Ebionitarum veteres Ecclesiastici Scriptores accensere solent hæresibus,

hæresibus, quæ in populo Judaico exortæ sunt. Vide Const. Apost. lib. 6. cap. 6. & quæ supra diximus cap. 3. §. 1. 3 In loco paginæ proxime præcedentis, quem modo indicavi, de Ebionæis manifeste agens Justinus sic scribit: ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τῶν γένους τῶν ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὦ τρύφων, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν· ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἱρῶνται, ὁμόνους καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. i. e. *Quod si qui ex Gente vestra sunt, in hunc Christum se credere dicentes, ô Trypho, omnibus modis secundum legem per Mosen latam eos vivere cogant, qui ex Gentibus in hunc Christum credunt, aut à consuetudinis istiusmodi commercio (quo nempe ad communionem rerum omnium ut fratres eorundemque viscerum homines admittantur, ut paulo ante dixerat) eos excludere statuant, consimiliter & hos non susceperim.* Qui ex Gente Judaica in Christum nostrum se credere profitentes, Legem tamen Mosis ritualem non modo ipsi observarunt, sed etiam aliis ex Gentibus Christianis observandi necessitatem imposuerunt, certe alii non erant, quam Ebionæi, ut supra ostendimus. Quibus illud Epiphanii addas, testantis docuisse Ebionæos, circumcisionem à Deo institutam fuisse, omnibusque mandatam ἁγιστίας ἕνεκα, καὶ κληρονομίας οὐρανῶν βασιλείας χάριν. i. e. *Sanctificationis causa, regnique cœlestis obtinendi gratia.* Cum autem hoc in loco Ebionæi hac periphrasi describuntur οἱ ἀπὸ τῶν γένους τῶν ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν: quis dubitet quin etiam in loco à Remonstrantibus citato, de iisdem Ebionæis loquens Justinus itidem

Epiphan. Hæres. 30. c. 30.

frustra omnino hoc probatum iverint ex eo tantum, quod Justinus heterodoxos istos dixerit ἀπὸ τ ὑμετέρυ γένους *ex nostro genere*. Quid vero si ne hoc quidem Justinus dixerit? Certe quidem ego persuasissimum habeo, mendum hoc in loco agnoscendum esse, permutatione tantum unius literæ facile corrigendum; scilicet pro ὑμετέρυ scribendo ὑμετέρυ: eaque emendatione admissa, verba ἀπὸ τ ὑμετέρυ γένους vertenda esse *ex vestra Gente*, hoc est, Judaica. Sane in ipso initio perioches, quam citarunt Remonstrantes, manifestum est Librarii σφάλμα, uni satis brevi vocabulo duas de suo literas adjicientis; transcribendo scilicet τοιῦτον pro τόπον, ut in Margine notavimus: quid mirum igitur, si pro υ hic ν scripserit? Rationes vero, quibus ut ita plane sentiam adducor, hæ fere sunt. 1 Ubicunque in hoc Dialogo locutio ista οἱ ἀπὸ τ γένους occurrit, vox γένος non μεταφοικῶς, sed proprie accipitur pro *gente*; ut οἱ ἀπὸ τ γένους τινός dicantur, qui ex certa aliqua gente sunt. Sic in sententia quæ locum citatum proxime antecedit, τοῖς ἀπὸ τ γένους ὑμῶν *iis qui ex vestra gente sunt*. Sic pagina præcedente οἱ ἀπὸ τ γένους τ ὑμετέρυ qui ex gente vestra sunt. Et sic ubique. Atqui hoc sensu non poterat Justinus Christianæ religionis professores dicere τὸ ἡμέτερον γένος. Siquidem Christiani non omnes unius gentis erant. Unde nusquam alibi, quod sciam, reperias Christianorum universitatem ab Justino dictam τὸ ἡμέτερον γένος. 2 Heterodoxi, de quibus loquitur Justinus, Ebionæi erant, ut mox demonstrabimus, qui revera ex gente fuere Judaica. Unde hæresim Ebionitarum veteres Ecclesiastici Scriptores accensere solent hæresibus,

hæresibus, quæ in populo Judaico exortæ sunt. Vide Const. Apost. lib. 6. cap. 6. & quæ supra diximus cap. 3. §. 1. 3 In loco paginæ proxime præcedentis, quem modo indicavi, de Ebionæis manifeste agens Justinus sic scribit: ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὦ τρύφων, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἱρῶνται, ὁμόνους καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. i. e. *Quod si qui ex Gente vestra sunt, in hunc Christum se credere dicentes, ô Trypho, omnibus modis secundum legem per Mosen latam eos vivere cogant, qui ex Gentibus in hunc Christum credunt, aut à consuetudinis istiusmodi commercio (quo nempe ad communionem rerum omnium ut fratres eorundemque viscerum homines admittantur, ut paulo ante dixerat) eos excludere statuant, consimiliter & hos non susceperim.* Qui ex Gente Judaica in Christum nostrum se credere profitentes, Legem tamen Mosis ritualem non modo ipsi observarunt, sed etiam aliis ex Gentibus Christianis observandi necessitatem imposuerunt, certe alii non erant, quam Ebionæi, ut supra ostendimus. Quibus illud Epiphanii addas, testantis docuisse Ebionæos, circumcisionem à Deo institutam fuisse, omnibusque mandatam ἁγιστίας ἕνεκα, καὶ κληρονομίας οὐρανῶν βασιλείας χάριν. i. e. *Sanctificationis causa, regnique cœlestis obtinendi gratia.* Cum autem hoc in loco Ebionæi hac periphrasi describuntur οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν: quis dubitet quin etiam in loco à Remonstrantibus citato, de iisdem Ebionæis loquens Justinus itidem

Epiphan. Hæres. 30. c. 30.

frustra omnino hoc probatum iverint ex eo tantum, quod Justinus heterodoxos istos dixerit ἀπὸ τ ἡμετέρυ γένους *ex nostro genere*. Quid vero si ne hoc quidem Justinus dixerit? Certe quidem ego persuasissimum habeo, mendum hoc in loco agnoscendum esse, permutatione tantum unius literæ facile corrigendum; scilicet pro ἡμετέρυ scribendo ὑμετέρυ: eaque emendatione admissa, verba ἀπὸ τ ὑμετέρυ γένους vertenda esse *ex vestra Gente*, hoc est, Judaica. Sane in ipso initio perioches, quam citarunt Remonstrantes, manifestum est Librarii σφάλμα, uni satis brevi vocabulo duas de suo literas adjicientis; transcribendo scilicet τοιῦτον pro τὸτον, ut in Margine notavimus: quid mirum igitur, si pro υ hic » scripserit? Rationes vero, quibus ut ita plane sentiam adducor, hæ fere sunt. 1 Ubicunque in hoc Dialogo locutio ista ὁι ἀπὸ τ γένους occurrit, vox γένος non μεταφοικῶς, sed proprie accipitur pro *gente*; ut ὁι ἀπὸ τ γένους τινός dicantur, qui ex certa aliqua gente sunt. Sic in sententia quæ locum citatum proxime antecedit, τοῖς ἀπὸ τ γένους ὑμῶν *iis qui ex vestra gente sunt*. Sic pagina præcedente ὁι ἀπὸ τ γένους τ ὑμετέρυ qui ex gente vestra sunt. Et sic ubique. Atqui hoc sensu non poterat Justinus Christianæ religionis professores dicere τὸ ἡμέτερον γένος. Siquidem Christiani non omnes unius gentis erant. Unde nusquam alibi, quod sciam, reperias Christianorum universitatem ab Justino dictam τὸ ἡμέτερον γένος. 2 Heterodoxi, de quibus loquitur Justinus, Ebionæi erant, ut mox demonstrabimus, qui revera ex gente fuere Judaica. Unde hæresim Ebionitarum veteres Ecclesiastici Scriptores accensere solent hæresibus,

hæresibus, quæ in populo Judaico exortæ sunt. Vide Const. Apost. lib. 6. cap. 6. & quæ supra diximus cap. 3. §. 1. 3 In loco paginæ proximæ præcedentis, quem modo indicavi, de Ebionæis manifeste agens Justinus sic scribit: ἐὰν οὖ ὁι ἀπὸ τ ἡμέτερου πιστεύσαντες ὅτι τοῦτον τ Χειστὸν, ὦ τρύφων, ἐκ παντὸς χ τ ἀλ. Μωσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ὅτι τοῦτον τ Χειστ. ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τ τοιαύτης συνδιαγωγῆς ἀιρῶντας, ὁμοίως κ τούτους ἐκ ἀποδέχομαι. i. e. *Quod si qui ex Gente vestra sunt, in hunc Christum se credere dicentes, ô Trypho, omnibus modis secundum legem per Mosen latam eos vivere cogant, qui ex Gentibus in hunc Christum credunt, aut à consuetudinis istiusmodi commercio (quo nempe ad communionem rerum omnium ut fratres eorundemque viscerum homines admittantur, ut paulo ante dixerat) eos excludere statuant, consimiliter & hos non susceperim.* Qui ex Gente Judaica in Christum nostrum se credere profitentes, Legem tamen Mosis ritualem non modo ipsi observarunt, sed etiam aliis ex Gentibus Christianis observandi necessitatem imposuerunt, certe alii non erant, quam Ebionæi, ut supra ostendimus. Quibus illud Epiphanii addas, testantis docuisse Ebionæos, circumcisionem à Deo institutam fuisse, omnibusque mandatam ἁγιότητος ἕνεκα, καὶ κληρονομίας ἐρανῶν βασιλείας χάριν. i. e. *Sanctificationis causa, regnique cœlestis obtinendi gratia.* Cum autem hoc in loco Ebionæi hac periphrasi describuntur ὁι ἀπὸ τ ἡμέτερου πιστεύσαντες ὅτι τοῦτον τ Χειστὸν: quis dubitet quin etiam in loco à Remonstrantibus citato, de iisdem Ebionæis loquens Justinus itidem Epiphan. Hæres. 30. c. 30.

dixerit, πῶς ἀπὸ τῆ ὑμετέρᾳ ἡλικίας ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι; 4. Denique hac recepta lectione, optime cohærebit Justini sermo, qui alioquin erit ἀνακόλουθον. Dixerat paulo ante, ut vidimus, etiamsi probari ab ipso non posset, Jesum nostrum & Deum fuisse ante sæcula & in plenitudine temporum ex Virgine hominem factum, Tryphonem tamen, utpote Judæum, minime debuisse propterea negare, ipsum esse Christum sive Messiam à Prophetis promissum. Hoc autem appositè admodum probat atque illustrat exemplo quorundam ex Judaica Gente, qui cum Jesu tum Divinitatem tum Nativitatem ex Virgine minime agnoverint, ipsum tamen esse Christum confessi sunt. Res certe manifesta mihi videtur, mecumque, nisi vehementer fallor, sentiet lector æquus, qui loci hujus Justini contextum scopumque cum judicio ac diligenter expenderit.

(7.) Cæterum urgebit porro fortasse aliquis, Justinum ab Heterodoxis, quos perstringit, suum simpliciter dissensum profiteri, sine ulla alia nota iis inusta. Tantum enim dicit, se iis minime assentiri; neque aut dogma eorum hæreticum, aut ipsos hæreticos appellat. Respondeo. Quid si hoc verum sit? Cum iis hic rem non agit, obiter tantum eorum meminit in aliud intentus. Quid vero? An necesse omnino est, ut qui Hæreticum aliquem judicat, quoties de eo loquitur, ipsum Hæreticum appellet? Nullus dubito quin Justinus in libro quem contra omnes hæreses ex professo conscripsit (cujus ipse in hoc Dialogo meminit) hanc etiam hæresim asperius tractaverit propriisq; coloribus depinxerit. Verumenimvero plane falsum

falsum est, Justinum hoc in loco dogmatistis istis nullam infamiæ notam inussisse. Nam satis aperte dicit, ipsos non modo à se diversum sensisse, verum etiam à sententia ac fide τῶν πλείστων Christianorum, hoc est Ecclesiæ Catholicæ, abiisse. Ac sane qui Justini ætate Dominum nostrum hominem tantum ex hominibus genitum esse docuerunt, vel Carpocratiani, vel Cerinthiani, vel denique Ebionæi erant; qui in unum quasi corpus collecti, paucissimi erant ad reliquos Christianos comparati, omnesque ab Ecclesiarum Apostolicarum communione segregati fuerunt. De Carpocratianis & Cerinthianis nemo dubitat. Ad Ebionæos vero quod attinet, ex iis quæ supra ex Ignatio & Irenæo attulimus, satis liquet, eos etiam, à prima ipsorum origine, pro Hæreticis ab Ecclesia Catholica habitos fuisse. Equidem illorum dogma de Christo puro puto homine reprobarunt etiam Christianorum ex circumcisione οἱ πλείστοι; hoc est, Nazaræi, qui primitivam Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ab Apostolis fundatæ, fidem retinuerunt, ut fuse probavi cap. 2. §. 11, 12. In communione vero Ecclesiæ alicujus Christianorum ex Gentibus homines isti neque erant, neque esse voluerunt, ut mox ostendemus. Porro significat Justinus, eos de quibus loquitur, non modo Catholico consensui contravenisse, verum etiam sacris oraculis cum Veteris tum maxime Novi Testamenti repugnasse. Hoc inquam non obscure indicat in Verbis perioches citatæ postremis, quæ satis quidem provide, sed minus candide à Remonstrantibus omissa sunt. Ego, inquit, iis minime assentior, ut neque plerique Christiani:

Siquidem non hominum traditionibus ac doctrinis juſſi ſumus à Chriſto credere, ſed iis quas beati Prophetæ promulgarunt, & Chriſtus ipſe docuit. Imo his verbis innuit Juſtinus (quod mox à nobis clare monſtrabitur) Heterodoxos iſtos humanis traditionibus, potius quam veterum Prophetarum vaticiniis Chriſtique ipſius in Evangelio dictis fidem habuiſſe. Quod quidem ſatis erat Juſtino de ipſis in tranſitu ſignificaſſe.

(8.) Cæterum, quod ſæpius dixi, Ebionæos hoc in loco ab Juſtino notari, id nunc paulo fuſius declarandum & confirmandum eſt. Certe ſi Hiſtoriam Eccleſiaſticam conſulamus & veteres Hæreſiologos, comperiemus, nullam Juſtini temporibus vel retro Chriſtianorum ſectam extitiſſe, quibus ſententia, quæ hic deſcribitur, omni ex parte conveniat, præterquam ſolis Ebionæis. Quanquam enim Carpocratiani etiam & Cerinthiani Jeſum hominem tantummodo fuiſſe ex utroque ſexu natum cum Ebionæis affirmarunt, ipſum tamen κατ' ἐκλογὴν ad Chriſti officium ac dignitatem evectum fuiſſe, eorum revera ſententia nunquam fuit. Imo neſcio, an quicquam iſti de Chriſto ſive Meſſia à Prophetis prænuntiato cogitaverint. Carpocratiani Jeſu noſtri dignitatem & ὑπερο-χὴν, referente Irenæo, in eo ſitam eſſe docebant, *Quod anima ejus firma & munda cum eſſet, commemorata fuerit quæ viſa eſſent ſibi in ea circumlatione quæ fuiſſet in ingenito Deo; & propter hoc à Deo miſſam eſſe ei virtutem, uti mundi fabricatores effugere poſſet, & per omnes tranſgreſſa, & in omnibus liberata, aſcenderet ad Deum.* Quod commentum iis qui ab Juſtino notantur,

Lib. 1. c. 24.

notantur, nunquam, ut opinor, in mentem veniebat. Præterea Carpocratiani iſti fuere hominum impuriſſimi, magicis artibus dediti, quique eo uſque impietatis progreſſi ſunt, ut boni malique diſcrimen prorſus nullum agnoverint, ut Irenæus itidem diſerte teſtatur. Ut minime credendum ſit, voluiſſe Juſtinum ex horum hominum, ſeu potius θειων ἀνθρωπομόρφων, ſententia contra Tryphonem ſocioſque ejus Judæos argumentari; præſertim cum Judæi cæteroquin, ſive patriam ſpectes, ſive ritus ſacros, nihil cum ipſis commune habuerint. Ad Cerinthianos vero quod attinet, quanquam hi quidem cum Judæis, ut perſecutiones evitarent ab ipſis excitatas, judaizarunt, deſcriptio tamen ſententiæ, ab Juſtino notatæ, neque in ipſos quadrat. Cerinthiani enim Jeſum eſſe Chriſtum minime fatebantur, Chriſtum intelligentes officii aut dignitatis nomen non eſſe, ſed Æonem neſcio quem, qui à ſumma omnium principalitate in Jeſum ad tempus tantum deſcenderit, ut jam ſæpius monuimus. Reſtat igitur ut Ebionæos ab Juſtino deſignari ſtatuamus. Nam præter has tres Chriſtianorum ſectas, nulla alia à Scriptore aliquo Eccleſiaſtico commemoratur, quæ Juſtini ætate vel prius Jeſum noſtrum hominem tantummodo eſſe ex hominibus genitum doceret. Reliqui fere iſtorum temporum Hæretici, qui de Chriſti perſona male ſenſerunt, veritatem humanæ in ipſo naturæ impugnarunt. Ebionæi autem, Judæi cum fuerint, quando à primitiva Eccleſiæ Hieroſolymitanæ de Domino noſtro fide ac ſententia deſciverunt, vulgarem Judæorum de Meſſia opinionem amplexi

ſunt; quæ plane eadem fuit ac ſententia, quæ ab Juſtino in loco citato deſcribitur. Hinc ipſam mox Trypho probat laudatque his verbis: ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρίσθαι, καὶ Χριστὸν γεγονέναι, πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν· ὅτι ταῦτα ἅπερ φῂς λεγόντων· καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων προσδοκῶμεν γεννήσεσθαι· καὶ τὸν Ηλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα· i. e. *Mihi quidem qui illum hominem editum & per electionem inauguratum, & unctione Chriſtum factum eſſe aſſeverant, credibiliora quam vos, eadem quæ tu affirmantes, dicere videntur. Omnes enim nos Chriſtum hominem ex hominibus naſciturum, & qui*
p. 291. *illum inungat Eliam venturum præſtolamur.* Et poſtmodum monet Juſtinum, ſi vellet Judæis aliiſque perſuadere, Jeſum eſſe Chriſtum, ut doceret ipſum eſſe ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων γεγονότων, καὶ διὰ τὸ ἐννόμως καὶ τελέως πολιτεύεσθαι αὐτὸν, κατηξιῶσθαι τοῦ ἐκλεγῆναι εἰς Χριστόν. *Hominem ex hominibus genitum, & propterea quod legitime & perfecte vixerit, dignum fuiſſe habitum, qui ad Chriſti dignitatem atque officium eligeretur.* Hæc ſane Ebionis primorumque ejus diſcipulorum ipſiſſima fuit ſententia: à qua quidem poſteriorum temporum Ebionæi deflexerunt, atque in varias de Chriſto opiniones abiere, eorum quam plurimis ſententiam, Cerinthianorum dogmati haud abſimilem, amplexantibus, ut ex Epiphanio diſcimus Hæreſ. 30. cap. 3. coll. cap. 17.

(9.) Cæterum ad locum Juſtini, de quo controverſia eſt, revertamur. Certe ultima loci illius verba, quibus innuit Juſtinus, Heterodoxos, quos notaverat, ad humanas doctrinas potius quam ad

Prophe

Prophetarum Chriſtique ipſius in Evangelio dicta attendiſſe; Ebionæos etiam non obſcure indigitant. Hi enim hypotheſi ſuæ, de Chriſto ψιλῷ ἀνθρώπῳ, quam ab Hebræorum Magiſtris acceperant, ita prorſus addicti fuerunt, ut neque Prophetarum vaticiniis, neque Evangeliſtarum & Apoſtolorum Chriſti teſtimoniis, apertiſſime hypotheſi iſti reclamantibus, ab ipſa develli ſe paterentur. Prophetarum vaticiniis, quæ divinam Meſſiæ gloriam ac Majeſtatem declarant, occluſerunt oculos, aures obturarunt. Oraculum Propheticum de paritura Virgine cum Judæis, inſulſa interpretatione depravarunt. Ad Novi vero Teſtamenti ſcripturas quod attinet, Matthæi ſolummodo Evangelium receperunt, reliquis tribus rejectis; in primis S. Joannis; quod Is tum in ipſo Evangelii ſui exordio æternam Domini noſtri Divinitatem ex profeſſo & verbis apertiſſimis declarat, tum alibi paſſim dicta refert, quibus Chriſtus ipſe Divinam ſuam Majeſtatem coram Judæis aſſerebat. Quin & ipſum Matthæi Evangelium mutilarunt. Reciſo enim primo capite, initium fecerunt ab iis, quæ temporibus Herodis & Caiaphæ Pontificis facta ſunt; ideo ſcilicet quod caput iſtud diſertiſſimum de Nativitate Chriſti ex Virgine teſtimonium contineret. Nimirum quicquid in Novi Teſtamenti Scripturis dogmatibus ſuis, quæ ex veterum Rabbinorum lacunis hauſerant, manifeſte repugnabat, illud omne prorſus rejicere ac repudiare non ſunt veriti. Neſcio annon horum hominum impudentiſſimam impietatem perſtrinxerit etiam Ignatius, cum in Epiſtola ad Philadelphenos (qua certe hæreticos

Vid. Iren. lib. 1. c. 26. & l. 3. c. 24. & Epiphan. Hæreſ. 30.

hæreticos diſerte notat, qui Judaiſmum tunc temporis in Eccleſias ex Gentibus inferre ſtuduerunt.)

p. 43, 44. Edit. Voſ. Sic ſcribit: ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω· καὶ λέγοντός μοι αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται. Quæ ab Uſſeriano Interprete ita redduntur *Audivi quoſdam dicentes, quoniam ſi non in veteribus invenio, in Evangelio non credo: & dicente me ipſis, quoniam ſcriptum eſt; reſponderunt mihi, quoniam præjacet.* Ubi οἱ ἀρχαῖοι, ut opinor, ſunt קדמיים veteres Rabbini ſive Magiſtri ac Doctores Hebræorum, qui aliquot annis ante Domini noſtri adventum claruerunt; quorum ἀρχαῖαι δόσεις & διδάγματα Judæi & qui cum ipſis inſaniere, pro oraculis habuerunt. προκεῖται Interpres vertit, *præjacet*; quo quid hic ſignificari poſſit, plane non video. Certe προκεῖσθαι Græcis ſæpe eſt *projici, abjici*, ſive *rejici* ut res vilis nulliuſque pretii. Ut ſenſus Ignatii hic eſſe videatur, homines, de quibus loquitur, non erubuiſſe palam profiteri, ſe Evangelio eatenus tantum credituros, quatenus veterum iſtorum Magiſtrorum traditionibus congrueret; & cum ipſe ex Scripturis Novi Teſtamenti ab Eccleſia receptis, dogmata, quæ à Magiſtris illis tradita acceperant, redargueret, reſpondiſſe ipſos Scripturas iſtas à ſe abjici ſive rejici ut nullius authoritatis. Ita ſane προκεῖται intellexiſſe videtur Pſeudo-Ignatius, loco huic hanc quaſi annotationem ſuam apponens: σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν, σκληρὸν τὸ Χριστῷ ἀπιστεῖν, σκληρὸν τὸ ἀθετεῖν τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων. i. e. *Durum eſt contra ſtimulum calcitrare; durum Chriſto non credere; durum quoque præconium Apoſtolorum rejicere*

rejicere atque aſpernari. Poteſt vero προέχεται alia imo plane contraria ſignificatione referri ad ſententiam, quam Hæretici contra ſcripturas ab Ignatio allatas defenderent. κεῖσθαι enim nonnunquam eſt *poſitum* eſſe pro axiomate, ſive ſtatutum ſtabilitum ac definitum eſſe; unde theſes ipſæ appellantur τὰ κείμενα. Qua ſignificatione προκεῖσθαι eſt *antea* vel *prius poſitum*, ſtatutum ac definitum eſſe. Atque ita ſenſus erit: Hæreticos Ignatio contra ipſos ex Novi Teſtamenti Scripturis diſputanti reſpondiſſe, ſententiam ſuam prius (antequam ſcilicet Scripturæ iſtæ editæ fuerunt) ſtatutam ac ſtabilitam fuiſſe, nempe ὑπὸ τῶν ἀρχαίων. Utrobique iſtorum hominum eadem τῶν ἀρχαίων ſtulta veneratio, idem profanus Evangelicarum Scripturarum contemptus manifeſte ſignificatur. Verum iſthæc obiter, pergo. Ebionæi porro iſti, ut alterum dogma ſuum de perpetua & univerſali obligatione Legis Moſaicæ ritualis tuerentur, omnes beati Pauli Epiſtolas rejecerunt, ipſum Apoſtatam à Lege appellantes. Quid vero? Annon hi demum homines hæretici erant, & pro hæreticis ab Juſtino habiti? An cum his Eccleſia Juſtini tempore vel ipſe etiam Juſtinus communionem coluit? Credat Judæus apella; non ego. Imo vero non potuit Juſtinus, ſi voluiſſet, cum Ebionæis communionem colere; ſiquidem ipſi cum Chriſtianis ex Gentibus communionem colere noluerunt, proptereaque etiam ut Hæretici ab Juſtino rejecti fuerunt, ſicut ex loco Juſtini, * ſupra in hoc capite à nobis laudato liquet. Vide Iren. & Epiph. ubi ſupra. * §. 6.

Jam ſatis, opinor, abundeque demonſtratum eſt, (10.) locum Juſtini ab Epiſcopio & Remonſtantibus citatum,

tatum, frustra omnino ab ipsis allatum fuisse, ut probarent, Ecclesiam Justini temporibus communionem coluisse cum iis, qui Jesu Christi Domini nostri Divinitatem negarunt. Nam ex iis quæ diximus, evidentissimum est, dogmatistas, qui ab Justino eo in loco notantur, tum Divinitatem Christi tum etiam ejus ex Virgine Nativitatem negasse; atque ut hypothesim suam defenderent, necesse habuisse rejicere, adeoque revera impie atque impudenter rejecisse Sacrosancta Christi Evangelia, quæ ab Ecclesia Catholica recepta, atque in sacris suis Synaxibus quotidie lecta fuerunt; hoc est, Ebionæos omnino ab Justino designari, qui etiam à cæteris Christianis ex circumcisione, nempe Nazaræis, rejecti fuerunt, ad communionem vero Ecclesiæ alicujus ex Gentibus admitti neque potuerunt, neque sane voluerunt.

(11.) His vero pro coronide adjiciam loca quædam, ex hoc ipso Dialogo cum Tryphone desumpta, ex quibus porro, quid de necessitate credendi articuli de Servatoris nostri Divinitate, quidque de Ebionæis aliisque, qui articulum istum negarunt, Justinus ipse senserit, facile intelligi possit. Ac primum quidem respiciatur locus, quem jam semel atque iterum, aliud agens, indicavi, & legere est p. 264. ubi fidem de Christo eorum qui sub Evangelio salvantur, eam esse ait, qua nempe ἐπιγνώσκουσι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ ἀπὸ τῆς παρθένου ταύτης ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ ἐνηνθρώπησε σαρκοποιηθεὶς ἐνεργείᾳ, ἵνα ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις, καὶ οἱ ὁμοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι κ. λ. i. e. *Agnoscunt Christum Dei Filium, qui & ante Luciferum & lunam*

nam fuit, & ex Virgine ista generis Davidici caro factus, nasci sustinuit: ut per Oeconomiam istam is qui a principio maligne egit Serpens, & assimilati ei Angeli debellarentur, &c. Unde proclive est colligere, Justinum eorum fidem, qui in ejusmodi Christum sive Filium Dei credidere, qui ante Mariam non extiterit, quique adeo non ex Maria Virgine, sed ex concubitu Josephi & Mariæ genitus fuerit, pro fide Christiana, sive pro fide de Christi persona, quæ sub Evangelio ad salutem sufficiat, minime habuisse. Certe cuivis locum integrum perlegenti patebit, ab Justino ibi tradi Symbolum sive regulam fidei, qua parte Filium Dei & οἰκονομίαν ab ipso susceptam spectabat, quæ jam sua ætate in Ecclesia recepta fuit; cui proinde qui contradixerunt, fieri non potuit, quin ab Ecclesia adeoque ab Justino, qui Ecclesiæ constanter adhæsit, pro Apostatis ἀπὸ τῆ κανόνος, hoc est, pro Hæreticis haberentur. Quod clarius adhuc eluceseet ex altero Justini loco, qui in eodem Dialogo habetur p. 253. ubi brevem quendam veluti Elenchum totius Syntagmatis, quod adversus omnes hæreses elucubraverat, tradere videtur. εἰσὶν δὲ, inquit, οἳ ἐτόλμησαν πολλοὶ ὀνόματα καὶ βλάσφημα λέγειν καὶ πρεσπίειν ἐδίδαξαν, ἐν ὀνόματι τῆ Ἰησοῦ προσελθόντες· καὶ εἰσὶν ὑφ' ἡμῶν, ἀπὸ τῆ προσωνυμίας τῆ ἀνδρῶν, ἐξ ὧπερ ἐκλήθη διδαχὴ καὶ γνώμη ἤρξατο· ἄλλοι γὰρ κατ' ἄλλον τρόπον βλασφημεῖν τὸ ποιητὴν τῆ ὅλων, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῆ προφητευόμενον ἐλεύσεσθαι, Χριστὸν καὶ τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ διδάσκουσιν· ὧν οὐδενὶ κοινωνῶμεν, οἱ γνωρίζοντες αὐτοὺς, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους αὐτὸς ὑπάρχοντας, καὶ ἀντὶ τῆ τὸν Ἰησοῦν σέβειν, ὀνόματι μόνον ὁμολογεῖν· καὶ Χριστιανὸς ἑαυτὸς

τὸν λέγουσιν, ὃν τρόπον οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ διηχάφησι τοῖς χλευασταῖς, καὶ ἀνόμοις καὶ ἀθέοις τελεταῖς κοινωνοῦσι καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλέμενοι Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Ουαλεντιανοὶ, οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Σατερνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι, ἀπὸ τῆς ἀρχηγέτου ἕκαστος ὀνομαζόμενος. i. e. *Sunt igitur & fuerunt permulti, qui athea & blaſphema & dicere & facere docuerunt, in nomine Jeſu progreſſi: & ſunt à nobis ſub nomine eorum virorum, unde doctrina & ſententia quælibet extitit, denominati. Alii namque alio modo blaſphemare docent factorem univerſitatis, & qui ab eo venturus vaticiniis promulgatus eſt, Chriſtum & Deum Abrahami & Iſaaci & Jacobi; cum quibus nihil nobis eſt communionis, atheos & impios & injuſtos & iniquos ipſos eſſe ſcientibus; quippe qui pro eo ut Jeſum colant atque adorent, nomine duntaxat ipſum confiteantur: & Chriſtianos ſe eo modo dicant, quo plerique omnes in Gentibus nomen Dei inſcribunt manufactis operibus, & iniquis ſe impiiſque polluunt ſacris. Et ſunt eorum quidam qui vocantur Marcionitæ; quidam vero Valentiniani, Baſilidiani, Saturniliani, & alii alio noti nomine, à principe ſententiæ quiſque nomen obtinens.* Manifeſte hic agit Juſtinus de Hæreticis omnibus, quotcunque vel ſua ætate vel prius Eccleſiæ Chriſti moleſtiam crearunt: quorum quidem nonnullos tantum nominatim profert; ſed addit fuiſſe & alios, alio notos nomine, unaquaque ſecta à ſuo hæreſiarcha nomen ſortita; puta Carpocratianos à Carpocrate, Cerinthianos à Cerintho, Ebionæos ab Ebione pluresque alios.

Hæretici

Hæretici vero illi omnes aliquo modo vel Deum Patrem, vel Filium Deum, vel utrumque doctrina ſua blaſphemarunt. *Alii*, inquit Juſtinus, *alio modo blaſphemare docent conditorem univerſitatis, & qui ab eo venturus prænuntiabatur, Chriſtum illum & Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi*: Ubi apprime notandum eſt, Chriſtum illum & Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi de eodem dici, nempe de eo, qui à conditore univerſitatis venturus prænuntiabatur, hoc eſt, de Filio Dei. Nam primo Deus ille Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, à conditore univerſitatis, hoc eſt, à Deo Patre manifeſte hic diſtinguitur. Deinde notiſſimum eſt, Juſtinum paſſim in hoc Dialogo docere adeoque vehementer contendere, Chriſtum ſive Filium Dei fuiſſe, qui Moſi in rubo ardente apparuit, ſeque Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi appellavit. Age jam, an nullo modo Chriſtum Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi blaſphemarunt Ebionæi, qui Chriſtum Deum fuiſſe Abrahami, Iſaaci, & Jacobi plane negarunt? qui ante Abrahamum, imo ante Mariam minime extitiſſe illum docuerunt? qui adeo merum hominem ex concubitu Joſephi & Mariæ genitum fuiſſe ipſum dicere atque affirmare auſi ſunt? Præterea ait hic Juſtinus, Hæreticos ἀντὶ τοῦ Ἰησοῦν σέβειν *pro eo ut Jeſum colerent ſive adorarent, nomine tantum ipſum confeſſos fuiſſe*. Annon hæc verba Ebionæos etiam ferunt? Certe. De quo enim cultu ſive adoratione loquitur Juſtinus? De cultu dubio procul, quem Jeſu Chriſto deberi in hoc Dialogo contendit; in quo multus in eo eſt ut probet,

τὸς λέγεσιν, ὃν τρόπον οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ διηνεκέφασι τοῖς χλεσποιήτοις, καὶ ἀνόμοις καὶ ἀθέοις τελεταῖς κοινωνῆσι· καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλέμενοι Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Ουαλεντιανοὶ, οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι, ἀπὸ τῆ ἀρχηγέτε τ γνώμης ἕκασος ὀνομαζόμενος. i. e. *Sunt igitur & fuerunt permulti, qui athea & blaſphema & dicere & facere docuerunt, in nomine Jeſu progreſſi: & ſunt à nobis ſub nomine eorum virorum, unde doctrina & ſententia quælibet extitit, denominati. Alii namque alio modo blaſphemare docent factorem univerſitatis, & qui ab eo venturus vaticiniis promulgatus eſt, Chriſtum & Deum Abrahami & Iſaaci & Jacobi; cum quibus nihil nobis eſt communionis, atheos & impios & injuſtos & iniquos ipſos eſſe ſcientibus; quippe qui pro eo ut Jeſum colant atque adorent, nomine duntaxat ipſum confiteantur: & Chriſtianos ſe eo modo dicant, quo plerique omnes in Gentibus nomen Dei inſcribunt manufactis operibus, & iniquis ſe impiiſque polluunt ſacris. Et ſunt eorum quidam qui vocantur Marcionitæ; quidam vero Valentiniani, Baſilidiani, Saturniliani, & alii alio noti nomine, à principe ſententiæ quiſque nomen obtinens.* Manifeſte hic agit Juſtinus de Hæreticis omnibus, quotcunque vel ſua ætate vel prius Eccleſiæ Chriſti moleſtiam crearunt: quorum quidem nonnullos tantum nominatim profert; ſed addit fuiſſe & alios, alio notos nomine, unaquaque ſecta à ſuo hæreſiarcha nomen ſortita; puta Carpocratianos à Carpocrate, Cerinthianos à Cerintho, Ebionæos ab Ebione pluresque alios.

Hæretici

Hæretici vero illi omnes aliquo modo vel Deum Patrem, vel Filium Deum, vel utrumque doctrina sua blasphemarunt. *Alii*, inquit Justinus, *alio modo blasphemare docent conditorem universitatis, & qui ab eo venturus prænuntiabatur, Christum illum & Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi*: Ubi apprime notandum est, Christum illum & Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi de eodem dici, nempe de eo, qui à conditore universitatis venturus prænuntiabatur, hoc est, de Filio Dei. Nam primo Deus ille Abrahami, Isaaci, & Jacobi, à conditore universitatis, hoc est, à Deo Patre manifeste hic distinguitur. Deinde notissimum est, Justinum passim in hoc Dialogo docere adeoque vehementer contendere, Christum sive Filium Dei fuisse, qui Mosi in rubo ardente apparuit, seque Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi appellavit. Age jam, an nullo modo Christum Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi blasphemarunt Ebionæi, qui Christum Deum fuisse Abrahami, Isaaci, & Jacobi plane negarunt? qui ante Abrahamum, imo ante Mariam minime extitisse illum docuerunt? qui adeo merum hominem ex concubitu Josephi & Mariæ genitum fuisse ipsum dicere atque affirmare ausi sunt? Præterea ait hic Justinus, Hæreticos ἀντὶ τοῦ Ἰησοῦν σέβειν *pro eo ut Jesum colerent sive adorarent, nomine tantum ipsum confessos fuisse*. Annon hæc verba Ebionæos etiam ferunt? Certe. De quo enim cultu sive adoratione loquitur Justinus? De cultu dubio procul, quem Jesu Christo deberi in hoc Dialogo contendit; in quo multus in eo est ut probet,

Vide pag. 287. bet, Dominum nostrum esse καὶ προσκυνητὸν καὶ Θεὸν *& adorandum & Deum*, hoc est, ut Deum adorandum esse. De cultu dubio procul loquitur, quem Christiani omnes Catholici sui temporis Christo exhibuerunt, qui ipsum una cum Patre & Spiritu Sancto in hymnis & δοξολογίαις suis ut Deum glorificarunt atque adoraverunt, ut ipse p. 56. testatur in Apologia, quæ dicitur, secunda: ad quem locum vide omnino quæ diximus Defen. Fid. Nic. Sect. 2. c. 4. §. 8. An hujusmodi cultum Christo exhibuerunt, aut exhibere potuerunt Ebionæi? Minime sane. Certum est igitur, Justinum in Catalogo Hæreticorum, quibuscum Ecclesiæ nihil communionis fuit, quosque Ecclesia ut impios & sacro Christianorum nomine prorsus indignos rejecit, etiam Ebionæos, aliosque omnes, qui cum ipsis Servatoris nostri τὴν Θεολογίαν impugnarunt, posuisse.

(12.) His addas, si lubet, tertium locum, qui in eodem Dialogo tibi occurret, pag. 274. Ubi Justinus, ad id rursus à Tryphone provocatus, aggreditur pluribus ostendere in veteri Testamento passim à Spiritu prophetico Deum, Deumque verum, non abusive sic dictum, prædicari, qui sit tamen à Deo universitatis parente personâ distinctus; intelligens omnino hunc esse Jesum Christum, in quem nos credimus: & pollicetur porro se hujus rei ejusmodi probationes ex Lege & Prophetis allaturum, πρὸς ἃς ἀντειπεῖν μὲν οὐδεὶς δυνήσεται, *quibus contradicere nemo quidem poterit*. Tum de probationibus, quas allaturus

allaturus erat, hæc continuo ſubjungit: ξέναι δέ σοι δόξουσιν εἶναι καθάπερ καὶ ἡμέραν ἀναγινωσκόμεναι ὑφ' ὑμῶν. ὡς καὶ ἐκ τούτου συνεῖναι ὑμᾶς, ὅτι διὰ τὴν ὑμετέραν κακίαν ἀπέκρυψεν ὁ Θεὸς ἀφ' ὑμῶν τὸ δύνασθαι νοεῖν τὴν σοφίαν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, πλὴν τινῶν ὅσα κατὰ χάριν τῆς πολυσπλαγχνίας αὐτοῦ, ὡς ἔφη Ησαΐας, ἐγκατέλιπε σπέρμα εἰς σωτηρίαν, ἵνα μὴ ὡς Σοδομιτῶν καὶ Γομορρεαίων τέλεον καὶ τὸ ὑμέτερον γένος ἀπόληται. i. e. *Novæ autem alienæque tibi videbuntur, quanquam quotidie à vobis legantur; ut hinc quoque intelligere queatis, propter iniquitatem veſtram Deum à vobis abſcondiſſe facultatem perſpiciendi ſapientiam, quæ in verbis ejus ineſt: demptis nonnullis, quibus juxta gratiam prolixæ commiſerationis viſcerum ſuorum, ut Eſaias inquit, Semen reliquit in ſalutem, ne ad inſtar Sodomitarum & Gomorræorum internecione prorſus interiret Gens veſtra.* Ubi per nonnullos iſtos, quos ſolos ex Judaica Gente Deus velut ſemen in ſalutem reliquit, Judæos in Chriſtum credentes ejuſque doctrinam amplexantes intelligi, nemo eſt qui non videat. Hos vero omnes τὴν σοφίαν ſapientiam ſive Myſterium de Chriſto Dei Filio adeoque Deo, in veteribus Scripturis traditum, intellexiſſe Juſtinus ſatis manifeſte ſignificat: proinde eos ex Judaica gente, qui in Chriſtum ſe credere profitentes, nondum tamen vel in ſcriptis Prophetarum, vel etiam in meridiano Evangelii ſole ſapientiam illam perſpexerint, nempe Ebionæos, ad ſemen à Deo in ſalutem reſervatum pertinuiſſe, hoc eſt, vere fideles ſive Chriſtianos

Chriſtianos fuiſſe, minime cenſuit; ſed potius reprobis & juſto Dei judicio occæcatis Judæis accenſendos judicavit. Conferenda ſunt quæ de veteribus Nazaræis, ſive Chriſtianis ex circum-
* cap. 2. 9. 11, 12, 13, 14, 15. ciſione Hieroſolymitanis ſupra * diſſeruimus; quippe quæ huic Juſtini loco lucem afferant & viciſſim ab ipſo mutuentur.

APPENDIX.

APPENDIX
AD
CAPUT SEPTIMUM.

POſtquam ſuperiores ad πολυθρύλλητον Juſtini locum obſervationes meas fere abſolviſſem, nactus ſum M. Simonis Epiſcopii Operum Theologicorum Volumen alterum; in quo denuo editam reperii *Reſponſionem ad Specimen calumniarum, ex Remonſtrantium Apologia excerptarum.* In Reſponſione vero iſta * multis argumentis contendunt Remonſtrantes ex loco illo liquere, *Veterem & primitivam Chriſtianorum Eccleſiam communionem coluiſſe cum iis, qui Chriſtum Jeſum non niſi ψιλὸν ἄνθρωπον, ſeu hominem ex hominibus, & electione Chriſtum factum eſſe credebant & profitebantur.* Eorum autem argumentorum quædam *evidentiſſima* eſſe gloriantur; nonnulla vero tantum ut *admodum probabilia* proponunt. Ad primi ordinis argumenta quod attinet, ex iis quæ jam ſupra dixi, cuivis præjudicio non laboranti patebit, ea adeo non eſſe evidentiſſima, ut neque admodum probabilia cenſeri mereantur. Veruntamen evidentiſſima illa Epiſcopii & Remonſtrantium argumenta breviter & paucis percurremus. (1.)

* Oper Epiſc. Vol. 2. par. 2. pag. 295, 296.

(2.) Primo, *Justinus*, inquit Episcopius, *diserte affirmat fieri posse, ut quis demonstret solide, Jesum esse Christum Dei, sive promissum Messiam, etiamsi non possit demonstrare Christum Dei Filium præextitisse: Christum itaque pro Messia haberi & coli posse certa fide credidit Justinus, etiamsi negaretur esse Filius Dei æternus.* Verum ad hoc argumentum fuse & luculenter à nobis respondetur cap. 7. §. 4, 5. quo Lectorem remitto. Nimirum hoc Episcopio & Remonstrantibus fons erroris fuit, quod non animadverterint, Justinum in loco, quo de agitur, non ex sua sententia vel ex rei ipsius veritate, sed ex hypothesi Judæorum, quibuscum disputat, argumentari; quo tamen vix quicquam manifestius esse potest.

2 *Justinus*, addit Episcopius, *affirmat, si quis Christum credat non nisi hominem ex hominibus genitum & electione Christum factum, eum errore tantum labi, non autem negare eum esse Christum illum; errorem itaque istum talem errorem esse credidit, cum quo consistit fides ista, qua creditur Christum nihilominus esse Messiam, in quo cardinem Christianismi ponit.* Resp. plane falsum esse antecedens. Non enim affirmat Justinus, quod affirmare ipsum dicit Episcopius. Verba Justini, in quibus antecedens suum contineri Episcopius somniavit, hæc sunt. *At si non demonstravero eum* (i. e. Jesum nostrum) *& prius extitisse, & nasci hominem sustinuisse, eisdem nobiscum perpessionibus obnoxium, carnemque habentem secundum Patris consilium & voluntatem*; ἐν τούτῳ πεπλανῆσθαί με μόνον λέγεν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀγνοεῖσθαι ὅτι ὅτός ὄστιν ὁ Χριστός. *In hoc* (i. e. in eo quod

&

& præextitiſſe illum & ex Virgine hominem natum fuiſſe affirmaverim) *erraſſe me tantum æquum eſt dicere*; *minime vero æquum eſt* (ſcilicet tibi Tryphoni Judæo, qui alium Chriſtum ſive Meſſiam non expectas, quam qui purus homo ſit, ex hominibus genitus, propterea) *negare hunc eſſe Chriſtum illum.* Vide rurſus caput noſtrum ſeptimum §. 4, & 5.

3 Pergit Epiſcopius ex loco Juſtini ſic porro argumentari: *Juſtinus affirmat, ſi hoc ipſum tantum probetur Jeſum eſſe Chriſtum ſive Meſſiam, id Judæo ſufficere poſſe ac debere, etiamſi neſciat aut neget aut probare non poſſit, Jeſum Filium Dei præextitiſſe, adeoque affirmet eum non eſſe niſi* ψιλὸν ἄνθρωπον. Verum quid hic ſibi voluerit vir eruditus, vix compertum habeo. An voluit Juſtinum affirmare, ſi hoc ipſum tantum Judæo probatum ac perſuaſum ſit Jeſum eſſe Chriſtum ſive Meſſiam, id ipſi ſufficere poſſe *ad ſalutem*, etiamſi neſciat vel neget, Jeſum Filium Dei præextitiſſe, adeoque affirmet eum non eſſe niſi merum hominem ex hominibus genitum? Certe vel hoc voluit, vel nihil ad rem dixit. Ubi vero, inquam ego, illud Juſtinus affirmavit? Imo ſi ita ſenſiſſet Juſtinus, fruſtra ſane in hoc Dialogo tantopere adlaboravit, ſudavit, argumenta ex ſcripturis Veteris Teſtamenti undique conquiſivit, ut Judæis probaret ac perſuaderet, de Chriſto ſive Meſſia prædictum fuiſſe, & Deum illum futurum & ex Virgine hominem naſciturum. Fruſtra Judæos, quod hæc noluerint credere ac confiteri, toties & tam acriter increpat, objurgat, ſummæque pervicaciæ redarguit, adeoque nonnunquam,

ut à Deo derelictos juſtoque ejus judicio occæcatos, deflet & commiſeretur. Scilicet dum hoc fecit, haud bona fide egit; ſiquidem interea, ſi Epiſcopium audimus, revera ſenſit, Judæis minime neceſſarium fuiſſe ut iſthæc crederent; ſuffeciſſe ipſis ad ſalutem, ſi Jeſum quoquo modo Chriſtum ſive Meſſiam eſſe confiterentur. Annon igitur ipſi latius fuiſſet de Myſteriis iſtis ſiluiſſe prorſus, ne veritatem non neceſſariam importune urgendo, à fide revera neceſſaria ipſos arceret? Sed quid multis opus eſt? Supra evidenter probavi, Juſtinum, una cum Eccleſia Catholica ſui temporis, eos ex Judæis, qui cum Jeſum eſſe Chriſtum confiterentur, ejus tamen præexiſtentiam ante ſæcula & ex Virgine nativitatem negarunt, hoc eſt Ebionæos, pro Hæreticis atque à vera & ſalvifica Chriſti cognitione ac fide alienis habuiſſe.

Poſt hæc urgent Remonſtrantes verba illa Juſtini; *ſunt enim nonnulli ex genere noſtro*, &c. Verum ad iſta quoque luculentum ſupra reſponſum dedimus cap. 7. §. 6. Atque hæc demum ſunt argumenta, quæ Epiſcopius & Remonſtrantes pro evidentiſſimis venditarunt; quo judicio, quave fide, penes æquum Lectorem eſto arbitrium.

(3.) Accedamus nunc ad argumenta, quæ Epiſcopius ut admodum probabilia proponit; de quorum pleriſque fateor me ne ſomniaturum quidem fuiſſe, niſi ille ea ſuggeſſiſſet.

Urget primo, *Quod verba illa Juſtini*, neque id multi admodum, qui in eadem mecum ſunt ſententia, dixerint, *videantur indicare, in ipſo illo cœtu,*

cœtu, in quo Justinus erat, paucos fuisse istius sententiæ. Non enim dixit, nemo eorum, qui in eadem mecum sunt sententia (contradistincte ab aliis Hæreticorum sectis, Marcionitis, Valentinianis, &c. quos passim à suis discernit) id dixerit, sed pauci admodum. Ubi argumentum habes hujusmodi: Verba Justini, *Neque id multi admodum, qui in eadem mecum sunt sententia, dixerint*; indicant in ipso illo cœtu, cui adhæserat Justinus, nonnullos (paucos quidem istos) in ea sententia fuisse, ut crederent, Christum hominem tantum esse ex hominibus genitum: ergo Ecclesia Justini ætate communionem coluit cum iis, qui Christum pro puro puto homine habuerunt. Consequentiam fateor sole clariorem esse. Antecedens vero quis, nisi Episcopii perspicillis adjutus, in verbis Justini videre valeat? Justini verba hæc sunt: ὅις οὐ συντίθεμαι· οὐδ' ἂν πλεῖστοι ταῦτά μοι δοξάσαντες εἴποιεν. Hæc ita accipit Episcopius, quasi partitionem denotarent, hunc in modum: *Nec plerique eorum vel ex iis, qui eadem mecum sentiunt, illud dixerint.* Perperam omnino. Nam si illud voluit Justinus, sic locutus fuisset; οὐδ' ἂν πλεῖστοι τῶν vel ἐκ τῶν vel ἀπὸ τῶν ταῦτά μοι δοξασάντων εἴποιεν. Præterea ταῦτά μοι δοξάσαντες hic manifeste sunt, qui idem quod Justinus de Christo senserunt, nempe & præextitisse ipsum ante sæcula, & ex Virgine hominem factum fuisse; quorum nemo unus certe dixerit, Christum hominem tantum fuisse ex hominibus genitum. Hoc, inquam, manifestum est ex Tryphonis responsione mox sequente: ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, inquit, οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν, καὶ κατ' ἐκλογὴν κεκρίσθαι, καὶ Χριστὸν γεγονέναι,

νένευκε, πιθανώτερον ὑμῖν λέγειν ἢ ταῦτα ἅπερ φησὶ λεγόντων. Ubi procul dubio οἱ ταῦτα ἅπερ φησὶ λέγοντες iidem sunt, qui ab Justino dicuntur ταῦτά μοι δοξάσαντες. Atqui οἱ ταῦτα ἅπερ φησὶ λέγοντες citra controversiam sunt, qui cum Justino dixerunt, Christum & præexitisse Deum & ex Virgine hominem natum fuisse; quorum sententiæ Trypho opponit ac præponit sententiam eorum, qui *illum hominem editum, & per electionem inauguratum, & unctione Christum factum fuisse asseverarunt.* Itaque perspicuum est, verba ταῦτά μοι δοξάσαντες esse ἐξηγητικῶς addita; τὸ [πλείσοι] vero opponi τῷ [τινὲς] quod præcesserat; proinde verba Justini exponenda esse hunc in modum: Sunt enim nonnulli, O Trypho, ex genere nostro, seu potius ex gente vestra, qui Jesum esse Christum confitentes, hominem tamen ipsum tantummodo esse ex hominibus genitum affirmant. Quibus ego minime assentior; neque sane pars longe maxima Christianorum, utpote qui eadem hic mecum sentiunt, illud dixerint. Quis jam hinc cum Episcopio collegerit, fuisse nonnullos in illo ipso Christianorum cœtu, cui adhæserat Justinus, qui Jesum esse ψιλὸν ἄνθρωπον existimarent?

His vero addas, quod jam supra observavi, fieri non potuisse, ut heterodoxi, de quibus Justinus loquitur, in cœtu sive Synaxi Ecclesiæ ullius Catholicæ locum haberent; siquidem illi non modo Domini nostri divinitatem, verum etiam ejus, qua homo erat, ex Virgine nativitatem negarunt; atque ut utrique hypothesi suæ consulerent, Evangelia, quæ ab Ecclesia Catholica recepta fuere ejusque in sacris conventibus legebantur,

bantur, plane rejecerunt. Imo qui Juſtini temporibus Chriſti Domini noſtri divinitatem palam negarunt, Catholicorum ſacris, abſque manifeſto cultus Chriſtiani ludibrio, intereſſe minime potuerunt. Enimvero in Liturgiis Eccleſiæ Catholicæ jam Juſtini ætate indeque ab initio Servator noſter ut Deus adorabatur & glorificabatur. De ſua ætate Juſtinus ipſe teſtatus eſt, ut ſupra vidimus. Ante Juſtinum vero Plinius, Epiſtolarum lib. 10. Epiſt. 97. ad Trajanum, ex Chriſtianorum apoſtatarum confeſſione hæc refert: *Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem.* Ad hos hymnos, contra Artemonem dogma Eccleſiæ de Servatoris divinitate, ut novitium, impudenter rejicientem, appellavit Catholicus Author apud Euſebium E. H. lib. 5. c. 28. ψαλμοὶ δ' ὅσοι καὶ ἀδελφῶν ἀπαρχὴς ὑπὸ πιστῶν γεγράφασι, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. i. e. *Pſalmi quoque & cantica fratrum ab initio à fide digna conſcripta, Chriſtum Verbum Dei concelebrant, Divinitatem ei tribuendo.* Imo tam aperta, tam expreſſa fuit in hymnis iſtis τὸ θεότητος Chriſti Domini noſtri confeſſio, ut ipſos propterea Paulus Samoſatenus ferre minime potuerit, adeoque ab Eccleſiis ſuo regimini ſubjectis eliminare conatus fuerit, ut Patres Antiocheni teſtantur in Epiſtola ſua Synodica apud Euſebium E. H. l. 7. cap. 30.

Secundum ex argumentis, quæ admodum probabilia judicavit Epiſcopius, hujuſmodi eſt: *Verba illa* ex genere noſtro *arctiorem neceſſitudinem,* (4)

&

& Fidei communionem ſignificare videntur, quam eam, quæ eſt nomine tenus & externa profeſſione Chriſtianiſmi. Nam de his ipſis, quos ex genere ſuo vocat Juſtinus, affirmat, quod Chriſtum illum non negent, aut quod ex ipſorum ſententia non ſequatur, Jeſum non eſſe Chriſtum. Verum hoc argumentum ex duobus, quæ jam ſigillatim refutavimus, conflatum eſt. De verbis iſtis *ex genere noſtro* vide rurſus cap. 7. §. 6. Ad rationem vero quam ſubjungit Epiſcopius, ipſam quoque craſſam eſſe ejus hallucinationem oſtendimus ejuſdem capitis §. 4, 5. & hujus Appendicis §. 2.

(5.) Sequitur tertium argumentum: *Deinde*, inquit, *nec mirum admodum videri debet, Juſtinum eos, qui Chriſtum habebant pro puro homine, habuiſſe pro Eccleſiæ ſuæ membris, cum & Socratem & Heraclitum pro Chriſtianis habuerit, qui cum Chriſto Dei primogenito vixerint; uti Scultetus ipſe in analyſi defenſionis Chriſtianorum ad Antoninum Pium Imperatorem (ea eſt Juſtini) diſerte ex Juſtino refert.* Mirum ſane atque extra rem longeque quæſitum argumentum. Verum reſpondeo. In ſuperioribus luculenter oſtendi, Juſtinum eos ex Chriſtianum nomen profitentibus, qui Chriſtum pro vero Deo, Deo Abrahami Iſaaci & Jacobi non habuerunt & coluerunt, inter impios numeraſſe hæreticos, quibuſcum neque ſibi neque Eccleſiæ Chriſtianæ Catholicæ quicquam communionis fuerit. Ad heterodoxos vero quod attinet, qui in loco, quo de quæſtio eſt, notantur, jam ſupra quoque manifeſtum feci, non uno ipſos nomine pro hæreticis ab Juſtino Catholiciſque omnibus habitos fuiſſe. Quare ſi verum eſt, quod

quod ex Sculteto affert Epiſcopius, Juſtinum nempe Socratem & Heraclitum pro veris Chriſtianis habuiſſe; illud ſolum inde ſequetur, Virum ſanctum de Socrate & Heraclito, quam de hæreticis iſtis honeſtiorem in animo opinionem concepiſſe. Neque ſane mirum admodum videri debet, ſi Juſtinus meliora ſenſit & ſperavit de Ethnicis, qui revelatione divina deſtituti, unum Deum rerum omnium conditorem, pro modulo lucis & cognitionis ſuæ, coluerunt, virtutemque ſectati ſunt, (quod Socratem & Heraclitum feciſſe exiſtimavit) quam de iis, qui Chriſtianos ſeſe jactitantes, religionis ſuæ Divinitus patefactæ, ac tot tantiſque miraculis abunde confirmatæ, prima atque à Chriſto ipſo ejuſque Apoſtolis manifeſtiſſime tradita principia, ideo ſcilicet quod eorum modos & rationes ſuo cerebello comprehendere non valerent, impie atque impudenter rejecerunt.

Cæterum cum Juſtinus in Apologia quæ inſcribitur ſecunda Socratem & Heraclitum Chriſtianos appellat, non vult eos ſimpliciter & perfecte Chriſtianos fuiſſe, ſed ex parte tantum, nempe quatenus rectæ rationis ductum ſecuti, unum Deum omnium parentem, ſpretis Gentium idolis, juxta cum Chriſtianis agnoverunt & coluerunt; quin & multa egregia & religioni Chriſtianæ conſentanea, quæ ad bonos mores ſpectant, & ſcriptis ſuis docuerunt & quadantenus expreſſerunt factis. Quippe docet Juſtinus rationem quæ in unoquoque ineſt homine, eſſe veluti σπέρμα *ſemen* & μέρος portionem τ θείε λόγε *Divini Verbi* ſive *rationis*, hoc eſt, Chriſti, quem propterea τ πάντα λόγον *univerſam rationem* appellat: & conſequenter p. 83.

ter Philosophos Gentiles, qui ante adventum Christi, ad normam rationis sibi insitæ dogmata & mores suos conformarunt, eatenus Christianos fuisse; absolute vero Christianos eos solos esse, qui universæ rationis, nempe ipsius Christi, divinam institutionem ac disciplinam in Evangelio traditam, omni certe humana sapientia longe sublimiorem, edocti sunt atque amplexantur. Hoc ex parte significat Justinus eo ipso in loco Apologiæ secundæ, quem respexit Scultetus, ubi sic scribit: τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμνήσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέχει· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι. κ. λ. i. e. *Christum esse primogenitum Dei edocti sumus; ipsumque Rationem esse, cujus universum hominum genus est particeps, antea ostendimus. Et quicunque cum ratione vixere, Christiani sunt, &c.* Plenius vero sensum suum aperit Justinus in Apologia, quæ in vulgatis editionibus prima censetur.

p. 46. Ubi verba faciens de Philosophis quibusdam inter Gentes, qui propterea quod præclara nonnulla de moribus διὰ τοῦ ἐμφύτου παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρματος τοῦ λόγου tradiderint, odio apud suos habiti fuerunt, atque Heracliti iterum, quin & Musonii cujusdam, qui sua ætate floruit, exempla producens, mox subjungit: ὡς γὰρ ἐσημάναμεν, πάντας τοὺς κατὰ ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνέργησαν οἱ δαίμονες· οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν*, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν. i. e. *Nam ut omnes, quemadmodum significavimus, qui qualicunque pacto juxta rationem vivere & pravitatem fugere studuerunt,*

*Supplendum hic est ex præcedentibus βιοῦν σπουδάζοντας. Vid. Sylb. not. in locum.

ſtuduerunt, odio haberentur, Genii maligni ſemper vi ſua & opera effecerunt. Minime vero id mirandum videtur, ſi eos, qui juxta partem aliquam ſeminalis rationis mores ſuos conformant, periculis objiciant: verum & ſecundum univerſæ rationis & Verbi, hoc eſt Chriſti, notionem & contemplationem viventes in longe majora odia ope & opera ſua conjicere Dæmones coarguuntur. Vides hic, quo ſenſu Juſtinus Heraclitum ejuſque ſimiles Chriſtianos appellaverit, nempe quod JUXTA PARTEM ALIQUAM SEMINALIS RATIONIS MORES SUOS CONFORMAVERINT, ET QUALICUNQUE PACTO JUXTA RATIONEM VIXERINT, ET PRAVITATEM FUGERE STUDUERINT: quos ea propter longo ſatis intervallo disjungit à vere Chriſtianis, QUI SECUNDUM UNIVERSÆ RATIONIS ET VERBI, HOC EST CHRISTI, NOTIONEM ET CONTEMPLATIONEM VIVUNT. Si quis vero ſuſpicetur, ſenſiſſe Juſtinum, poſſe hominem ſola nativæ rationis ope ad eam Dei cognitionem pervenire, quæ ad vitam ac beatitudinem cœleſtem atque æternam aſſequendam ſufficiat, audiat ipſum pro ſe loquentem in Parænetica Oratione ad Græcos, quæ his verbis clauditur: πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι οὐδαμῶς ἑτέρως περὶ Θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ἡμᾶς. i. e. *Undequaque ergo & modis omnibus ſcire convenit, nullo plane pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recto Dei cultu diſci quidquam poſſe, quam à Prophetis ſolis, qui divina inſpiratione inflati vos docent & inſtituunt.* Expreſſa itidem ſunt ejuſdem verba in Epiſtola ad Diognetum: Ανθρώπων δὲ οὐδεὶς [τὸν θεὸν] οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν, ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ᾗ μόνῃ θεὸν

p. 37.

p. 499.

ter Philosophos Gentiles, qui ante adventum Christi, ad normam rationis sibi insitæ dogmata & mores suos conformarunt, eatenus Christianos fuisse; absolute vero Christianos eos solos esse, qui universæ rationis, nempe ipsius Christi, divinam institutionem ac disciplinam in Evangelio traditam, omni certe humana sapientia longe sublimiorem, edocti sunt atque amplexantur. Hoc ex parte significat Justinus eo ipso in loco Apologiæ secundæ, quem respexit Scultetus, ubi sic scribit: τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμνήσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέχει· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι. κ. λ. i. e. *Christum esse primogenitum Dei edocti sumus; ipsumque Rationem esse, cujus universum hominum genus est particeps, antea ostendimus. Et quicunque cum ratione vixere, Christiani sunt, &c.* Plenius vero sensum suum aperit Justinus in Apologia, quæ in vulgatis editionibus prima censetur.

p. 46. Ubi verba faciens de Philosophis quibusdam inter Gentes, qui propterea quod præclara nonnulla de moribus διὰ τοῦ ἐμφύτου παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρματος τοῦ λόγου tradiderint, odio apud suos habiti fuerunt, atque Heracliti iterum, quin & Musonii cujusdam, qui sua ætate floruit, exempla producens, mox subjungit: ὡς γὰρ ἐσημάναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνέργησαν οἱ δαίμονες· οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν*, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν. i. e. *Nam ut omnes, quemadmodum significavimus, qui qualicunque pacto juxta rationem vivere & pravitatem fugere studuerunt,*

*Supplendum hic est ex præcedentibus βιοῦν σπουδάζοντας. Vid. Sylb. not. in locum.

ſtuduerunt, odio haberentur, Genii maligni ſemper vi ſua & opera effecerunt. Minime vero id mirandum videtur, ſi eos, qui juxta partem aliquam ſeminalis rationis mores ſuos conformant, periculis objiciant: verum & ſecundum univerſæ rationis & Verbi, hoc eſt Chriſti, notionem & contemplationem viventes in longe majora odia ope & opera ſua conjicere Dæmones coarguuntur. Vides hic, quo ſenſu Juſtinus Heraclitum ejuſque ſimiles Chriſtianos appellaverit, nempe quod JUXTA PARTEM ALIQUAM SEMINALIS RATIONIS MORES SUOS CONFORMAVERINT, ET QUALICUNQUE PACTO JUXTA RATIONEM VIXERINT, ET PRAVITATEM FUGERE STUDUERINT: quos ea propter longo ſatis intervallo disjungit à vere Chriſtianis, QUI SECUNDUM UNIVERSÆ RATIONIS ET VERBI, HOC EST CHRISTI, NOTIONEM ET CONTEMPLATIONEM VIVUNT. Si quis vero ſuſpicetur, ſenſiſſe Juſtinum, poſſe hominem ſola nativæ rationis ope ad eam Dei cognitionem pervenire, quæ ad vitam ac beatitudinem cœleſtem atque æternam aſſequendam ſufficiat, audiat ipſum pro ſe loquentem in Parænetica Oratione ad Græcos, quæ his verbis clauditur: πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι οὐδαμῶς ἑτέρως περὶ Θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ἡμᾶς. i. e. *Undequaque ergo & modis omnibus ſcire convenit, nullo plane pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recto Dei cultu diſci quidquam poſſe, quam à Prophetis ſolis, qui divina inſpiratione inflati vos docent & inſtituunt.* Expreſſa itidem ſunt ejuſdem verba in Epiſtola ad Diognetum: Ανθρώπων δὲ οὐδεὶς [τὸν θεὸν] οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν, ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ᾗ μόνῃ θεὸν

p. 37.

p. 499.

ter Philosophos Gentiles, qui ante adventum Christi, ad normam rationis sibi insitæ dogmata & mores suos conformarunt, eatenus Christianos fuisse; absolute vero Christianos eos solos esse, qui universæ rationis, nempe ipsius Christi, divinam institutionem ac disciplinam in Evangelio traditam, omni certe humana sapientia longe sublimiorem, edocti sunt atque amplexantur. Hoc ex parte significat Justinus eo ipso in loco Apologiæ secundæ, quem respexit Scultetus, ubi sic scribit: ὁ Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ ἐδιδάχθημεν, καὶ προεφημίσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέχει· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι. κ. λ. i. e. *Christum esse primogenitum Dei edocti sumus; ipsumque Rationem esse, cujus universum hominum genus est particeps, antea ostendimus. Et quicunque cum ratione vixere, Christiani sunt, &c.* Plenius vero sensum suum aperit Justinus in Apologia, quæ in vulgatis editionibus prima censetur.

p. 46. Ubi verba faciens de Philosophis quibusdam inter Gentes, qui propterea quod præclara nonnulla de moribus ἀπὸ τοῦ ἐμφύτου παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρματος τοῦ λόγου tradiderint, odio apud suos habiti fuerunt, atque Heracliti iterum, quin & Musonii cujusdam, qui sua ætate floruit, exempla producens, mox subjungit: ὡς γὰρ ἐπημάναμεν, πάντας τοὺς κατὰ μέρος σπερματικοῦ λόγου βίαν κατορθοῦντας καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνέργησαν οἱ δαίμονες· οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ τὰ σπερματικὰ λόγια μέρους, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ παντὸς λόγον, ὅ ἐστι Χριστὸν, γνῶσιν καὶ θεωρίαν *, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν. i. e. *Nam ut omnes, quemadmodum significavimus, qui qualicunque pacto juxta rationem vivere & pravitatem fugere studuerunt,*

*Supplendum hic est ex præcedentibus βιῶν κατορθοῦντας. Vid. Sylb. not. in locum.

ſtuduerunt, odio haberentur, Genii maligni ſemper vi ſua & opera effecerunt. Minime vero id mirandum videtur, ſi eos, qui juxta partem aliquam ſeminalis rationis mores ſuos conformant, periculis objiciant: verum & ſecundum univerſæ rationis & Verbi, hoc eſt Chriſti, notionem & contemplationem viventes in longe majora odia ope & opera ſua conjicere Dæmones coarguuntur. Vides hic, quo ſenſu Juſtinus Heraclitum ejuſque ſimiles Chriſtianos appellaverit, nempe quod JUXTA PARTEM ALIQUAM SEMINALIS RATIONIS MORES SUOS CONFORMAVERINT, ET QUALICUNQUE PACTO JUXTA RATIONEM VIXERINT, ET PRAVITATEM FUGERE STUDUERINT: quos ea propter longo ſatis intervallo disjungit à vere Chriſtianis, QUI SECUNDUM UNIVERSÆ RATIONIS ET VERBI, HOC EST CHRISTI, NOTIONEM ET CONTEMPLATIONEM VIVUNT. Si quis vero ſuſpicetur, ſenſiſſe Juſtinum, poſſe hominem ſola nativæ rationis ope ad eam Dei cognitionem pervenire, quæ ad vitam ac beatitudinem cœleſtem atque æternam aſſequendam ſufficiat, audiat ipſum pro ſe loquentem in Parænetica Oratione ad Græcos, quæ his verbis clauditur: πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι οὐδαμῶς ἑτέρως περὶ Θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων ἡμᾶς. i. e. *Undequaque ergo & modis omnibus ſcire convenit, nullo plane pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recto Dei cultu diſci quidquam poſſe, quam à Prophetis ſolis, qui divina inſpiratione inflati vos docent & inſtituunt.* Expreſſa itidem ſunt ejuſdem verba in Epiſtola ad Diognetum: Ανθρώπων δὲ οὐδεὶς [τὸν θεὸν] οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν, ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ᾗ μόνῃ θεὸν

p. 37.

p. 499.

θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται. *Nemo mortalium Deum vel vidit vel cognovit; ſed ipſe ſeipſum oſtendit; oſtendit autem per fidem, cui ſoli Deum videre conceſſum eſt.*

(6.) Ad quartum atque ultimum Epiſcopii argumentum venio, quod ſic procedit: *Si quis*, inquit, *ſcripta Juſtini, atque in primis dialogum iſtum (qui ſcilicet Trypho inſcribitur) accurate legat, videbit Juſtinum, Chriſtum quidem Deum ac Dominum agnoſcere, ſed paſſim negare ipſum eſſe Creatorem univerſi, & non perſona tantum, ſed natura, etſi non γνώμῃ, ab eo diſtinctum ac diverſum aſſerere. Quod ſi ita eſt, utique mirum non debet videri, ſi eos, qui eum non præextitiſſe cæteris rebus omnibus, aut creatum & factum in principio, ſed in tempore ex hominibus genitum ac natum credebant, ex genere ſuo cenſuit. Nec enim tam ingens eſt diſtantia inter iſtas opiniones, ut propterea ſchiſma faciendum ſit. Utrinque enim Chriſtus ſtatuitur creatura, ſed de tempore tantum, quo exiſtere cœpit, quæſtio eſt.*

Reſp. Papæ! Quid ſibi volunt verba iſta, *Juſtinum paſſim negare Chriſtum eſſe Creatorem univerſi*? An iis voluit Epiſcopius, Juſtinum negare per Chriſtum (h. e. per unigenitum atque ante omnia ſecula exiſtentem Dei Filium, qui poſt aſſumptam carnem Chriſtus dictus eſt) res omnes creatas ex nihilo εἰς τὸ εἶναι productas fuiſſe? Atqui id falſiſſimum eſt. Contra enim Juſtinus rerum omnium creationem Filio Dei paſſim attribuit, ut opus ipſi cum Deo Patre commune. Sic v. g. in Apologia, quæ in editionibus prima dicitur, prius de Deo Patre locutus, hæc de Filio ſubjungit:

p. 44. ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱὸς, ὁ λόγῳ καὶ

ἢ τῶν ποιημάτων καὶ σωμάτων, καὶ γεννώμενον, ὅτι τὰ ἀρχὴν δι' αὐτὸν πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε κ. λ. i. e. *Porro Filius ejus, qui solus proprie dicitur Filius, Verbum simul cum illo ante creaturas existens & nascens, quoniam primitus per ipsum cuncta creavit & ornavit, &c.* Itidem in Dialogo cum Tryphone: ἀλλὰ τοῦτο τὸ τοῦ ὄντι ἀπὸ τοῦ πατρὸς προελθὸν γέννημα πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ τούτῳ ὁ πατὴρ προσομιλεῖ *Verum hæc ipsa revera à Patre edita progenies ante creaturas omnes Patri coexistit, & cum eo Pater colloquitur*: nempe in verbis illis, quæ paulo ante citaverat, *faciamus hominem*, &c. p. 285. Et in Epistola ad Diognetum docet Filium Dei non esse ὑπηρέτην τινὰ *ministrum aliquem*, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων *ipsum opificem & creatorem universi*. p. 498. Nunquid igitur *creatorem Universi* personaliter, ut loquuntur, sumpsit Episcopius; quatenus *creator universi* titulus est Dei Patris, qua is est πηγὴ θεότητος *fons Divinitatis* adeoque operationum omnium divinarum? Si hoc voluit, fatemur Justinum negare, (quod & semper negavit Ecclesia Catholica) Christum esse Deum Patrem. Fuit dogma illud singulis ætatibus, in diversorum nominum Hæreticis ab Ecclesia damnatum. Verum pergit Episcopius additque, Justinum passim adserere Christum (nempe in excellentiori sua natura, qua ante secula extitit) alium esse à Creatore universi, h. e. Deo Patre, ac non persona tantum, sed & natura ab eo distinctum ac diversum, adeoque puram putam esse creaturam. Certe qui hanc Justino hæresim serio aserbit, is optimi Patris scripta nunquam accurate legisse judicandus est. Tantum enim abest, ut Justinus

ſtinus paſſim adſerat, Chriſtum alium eſſe à Deo Patre natura, adeoque puram putam creaturam, ut ſat ſciam, ne unum quidem locum ex eo proferri poſſe, in quo id ipſum adſerat. Imo contra in locis ex Apologia prima & ex Dialogo cum Tryphone modo citatis, τὸν λόγον ſive Filium Dei, ut proprie dictum, h. e. verum ac naturalem Dei Filium, à creaturis iiſque quæ à Deo facta ſunt omnibus manifeſte diſcernit, ipſique coæternam cum Deo Patre exiſtentiam attribuit. Et in loco ex Epiſtola ad Diognetum allato, Filium Dei ὑπηρέτην *miniſtrum*, h. e. creaturam eſſe diſerte negat. Quo autem ſenſu idem Juſtinus alibi, cum aliis Patribus primævis, Filium Dei dixerit ὑπηρέτην miniſtrum Dei Patris; adeoque οἰκονομίαν quandam ipſi tribuerit, quæ majeſtati Dei Patris minime conveniret; qua ſcilicet à mundi primordio ſæpius in terras deſcenderit, atque in ſpecie viſibili cum viris ſanctis collocutus fuerit; fuſe explicavimus in noſtra Fidei Nicænæ Defenſione Sect. 4. cap. 2. §. 2. & cap. 3. §. 4, 5. Porro in eadem ad Diognetum Epiſtola * Filius Dei ab Juſtino dicitur ὁ ἀεὶ, σήμερον ὑὸς λογισθεὶς *ille ſemper exiſtens, qui hodie Filius habitus eſt.* Sic etiam in Oratione Paræneticà ad Græcos obſervat Juſtinus, Angelum, qui Moſi in rubo apparuit, quem ubique contendit Dei fuiſſe Filium, ſe dixiſſe τὸν ὄντα *eum qui eſt*; ac deinde expreſſe notat iſtam deſcriptionem τῷ ἀεὶ ὄντι θεῷ πρέπειν *ſemper exiſtenti Deo convenire.* Certe qui hæc ſcripſit, is creaturam eſſe Dei Filium minime ſomniavit.

* Prope finem.

p. 19, 20.

(7.) Denique Sanctus Martyr τὸ ὁμοούσιον Filii (etſi ipſa

ipsâ voce nusquam de Filio Dei utatur) passim asserit; ipsum esse verum, germanum, genuinum, ex ipsa Dei Patris essentia progenitum Dei Filium affirmans; qui eo nomine juxta cum Deo Patre Deus sit ipsissimus, quemadmodum luculenter ostendi Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 4. Hic duo tantum loca, ibidem à nobis latius deducta, breviter & paucis recolam, ex quibus meridiana luce clarius patebit, quo sensu Justinus Filium Dei alium à Deo Patre asseruerit. Priorem locum habes in Apologia prima: οἱ γὰρ τὸν υἱὸν πατέρα φάσκοντες εἶναι, ἐλέγχονται μήτε τὸν πατέρα ἐπιστάμενοι, μηδ' ὅτι ἔστιν υἱὸς τοῦ πατρὶ τῶν ὅλων γινώσκοντες· ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει. *Qui enim Filium Patrem esse dicunt, comperiuntur neque Patrem scire, neque Filium esse Patri universorum nosse: qui eo ipso, quod ratio sive Verbum Dei primogenitum sit, Deus etiam est.* Vides Justinum hic docere, Filium à Patre ita quidem alium esse, ut non sit Pater ipse, sed persona ab eo distincta; tamen non alium esse à Patre natura, quippe eo ipso, quod ex Deo Patre, idque ut λόγος ratio sive Verbum ex Paterna mente, genitus est, Deus etiam ipse sit. Fieri enim nequit, quin λόγος ratio sive Verbum primæ atque æternæ mentis, hoc est Dei Patris, sit ipsi ὁμοούσιος & coessentialis; unde & hac eadem ratione, ad veram Filii Divinitatem adstruendam, primævi Patres communiter utuntur. Obiter autem mecum observabit Lector, vel ex hoc uno loco satis liquere, quid de iis senserit Justinus, qui Christum esse φιλὸν ἄνθρωπον, non Filium Dei primogenitum, qui & ipse Deus sit, docuerunt. Differte enim hic pronuntiat, eos qui P. 96.

negant

negant Filium esse verum Deum, à Deo Patre persona distinctum, neque Deum Patrem nosse, hoc est, à vera religione ac salute alienos esse. Etenim notissimum est phrasin *Patrem non nosse*, tum in Scripturis tum in veterum Patrum scriptis idem significare, quod salvifica Dei Patris cognitione destitutum esse. Quo sensu Joannes Apostolus (ut jam supra alicubi admonui) de hæreticis sui temporis, qui Christum esse unigenitum Dei Filium negarunt, pronuntiat, *Qui negat Filium, neque Patrem habet.* Jo. 2. 23. Ut vero loci hujus Justini sensus clarius perspiciatur, notandum est, Justinum in præcedentibus de Judæis locutum fuisse, qui eum qui sub Angeli specie Mosi in rubo apparuit, dixitque *Ego sum existens ille, Deus Abrahami, &c.* non Dei Filium fuisse, sed ipsum Deum Patrem contendebant. Quippe Judæi Filium Dei aliquem, qui & ipse Deus sit, agnoscere & colere noluerunt; in hac sua pervicacia sibi adblandientes, quod unum Deum Patrem religiose colerent, neque alium colere necesse haberent. Hos Justinus ostendit tam à Spiritu prophetico, nempe Veteris Testamenti, quam à Christo ipso merito redargui, neque Deum Patrem nosse. Deinde hac occasione in loco allato transit, ut mihi quidem videtur, ad hæreticos Christianos, eosque strictim notat, qui Filium Dei esse ipsum Deum Patrem docuerunt, (qua in hæresi fuere Justini temporibus nonnulli, & post Justinum, Praxeas, Noetus, Sabellius alique) in hoc cum Judæis consentientes, quod Filium Dei, à Deo Patre persona distinctum, qui ex ipso Deo Patre genitus, Deusque adeo ipse sit, nullum

nullum agnoverunt; quos propterea, perinde ac Judæos, pronuntiat, neque Deum Patrem scivisse; hoc est, salvifica Dei cognitione, quicquid obtenderent, plane destitutos fuisse. Nimirum post prædicatum atque ab Apostolis plenissime patefactum Christi Evangelium, nemo jam Deum Patrem potest rite atque ad salutem colere, nisi & Deum Filium simul colat ac veneretur. Annon igitur hic Justini locus eos perinde ferit, qui Christum esse purum putum hominem, sive etiam meram creaturam docuerunt? Certe; neque enim hi, magis quam Judæi aut hæretici isti, Filium Dei (qui, quod λόγος Verbum Dei primogenitum sit, Deus etiam ipse est) sensu Justini agnoverunt. Verum istud in transitu breviter notasse sufficiat.

Pergo ad alterum Justini locum, in quo de distinctione Filii Dei à Deo Patre veluti ex professo agit. Locus extat in eo ipso cum Tryphone Dialogo, ad quem in primis appellavit Episcopius. Ibi etiam quorundam sententiam refert, qui docebant Filium Dei non esse ὑφιστάμενον à Patre distinctum, sed tantummodo τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων *virtutem à Patre rerum omnium provenientem.* Quorum hæresi Catholicam sententiam mox opponit his verbis: *Virtutem istam, quam Deum sermo Propheticus vocat, prout pluribus similiter est probatum, & Angelum, non ita ut solis lumen nomine tantum numerari, verum numero quoque aliud quiddam esse* (ἀριθμῷ ἕτερον) *ratione exquisita supra paucis explicavi: Virtutem hanc dicens à Patre genitam virtute & consilio* (8.) p. 358.

filio ipſius, non per reciſionem, tanquam diſpertita eſſet Patris eſſentia, (ὁ κατ' ἀποτομὴν ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας) *prout alia omnia diviſa & ſecta, non eadem ſunt, quæ ante fuerunt, quam ſcinderentur. Atque exempli gratia illud ſumpſi, quod ex igne ignes alios accenſos videmus, illo nihil diminuto, ſed eodem manente, unde multi accendi poſſunt ignes.* Hic Juſtinus aperte docet, Filium eſse quidem ἀριθμῷ ἕτερον *numero* ſeu perſona alium à Patre, ſed non natura diverſum; quippe qui ex ipſa Dei Patris eſſentia progenitus, (non quidem per ſectionem, aut partitionem Divinæ eſſentiæ, ſed per ſimplicem ejuſdem communicationem; qualis fere eſt inter ignem, ignem alium ſine ſui jactura & diminutione ulla producentem, & ipſum productum ignem) adeoque Filius Deo Patri ſuo conſubſtantialis, ac juxta cum ipſo Deus verus ſit. Vide ſis quæ præterea ad hunc Juſtini locum adnotavimus Def. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 4. §. 34. Ex his vero omnibus perſpicuum eſt, inter ſententiam Juſtini, & eorum, qui Chriſtum hominem tantum eſſe ex hominibus genitum docuerunt, maximam eſſe diſtantiam. Ex altera enim parte Chriſtus ſtatuitur mera creatura, imo purus putus homo; ex altera aſſeritur Filius Dei Deo Patri ſuo coeſſentialis, Deuſque adeo ipſiſſimus.

(9.) Poſt hæc argumenta (quæ ſane vix digna ſunt viro cordato, qui in Scriptis Juſtini vel mediocriter verſatus fuerit) conjectarium quoddam ſubjicit Epiſcopius, in quo ſi fallitur, diſputatio ejus præce-

præcedens, etiam ipso judice, tota simul corruet. Ex iis enim quæ in superioribus disserueram, colligit *Justinum per istos* EX GENERE SUO, *non intellexisse Ebionitas.* Qua vero ratione id colligit? *Verisimile*, inquit, *nullo modo est, Justinum illos ista phrasi designasse, non tantum quia nullibi in suis scriptis Ebionitarum meminit, sed etiam quia fæx hominum videntur fuisse; utpote quorum præceptor scribitur, Paulum Apostolum calumniis oneravisse, Petrum mendaciorum insimulasse, ex parte Judæum, Essenum, Nazaræum, Cerinthianum, Carpocratianum vocasse**; *& qui insuper, ut Eusebius refert Hist. Eccl. lib. 2. cap. 21. credebant Christum ex concubitu Josephi & Mariæ natum esse, & Legis Mosaicæ ceremonias observandas esse docebant: ut hos ex genere suo esse dixerit Justinus, plane non est verisimile.* Itaque fatetur Episcopius, nullo modo esse verisimile, Justinum Ebionæos ex genere suo (quatenus scilicet phrasis ista arctam illam necessitudinem fideique communionem denotare ipsi visa est) censuisse; quippe qui fuerint fæx hominum, multaque impia docuerint. Quis autem non videt, Virum doctum hac confessione causam suam revera jugulasse? Quippe non de aliis quam de Ebionæis loqui Justinum supra luculentissime demonstravi. Sed & mirum est, quid sibi voluerit Episcopius, cum ex Eusebio probat, Ebionæos credidisse Christum ex concubitu Josephi &. Mariæ natum fuisse, inde colligens Justinum de Ebionæis nequaquam loqui.

*Ebionem vocasse Petrum ex parte Judæum, Essenum, &c. nusquam lego. Sed Ebionem ipsum fuisse ex parte Judæum, Essenum, &c. Epiphanius scribit Hæres. 30.

Quasi vero non aperte significasset Justinus, Hæreticos, de quibus loquitur, docuisse Christum esse ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων γεγεννῆσθαι *hominem ex hominibus genitum.* Quid? an sensum horum verborum nescivit Episcopius? Annon qui Christum hominem ex hominibus genitum dicit, eo ipso dicit, Christum ex viri & fœminæ (hoc est, Josephi & Mariæ) concubitu genitum fuisse? Certe qui in utero puræ Virginis, sine viri congressu, per Spiritum Sanctum conceptus ac formatus fuit, is homo ex hominibus genitus dici non potest. Præterea, quid sit Christum hominem ex hominibus genitum esse, passim in hoc Justini cum Try-
p. 291. phone Dialogo manifeste declaratur. Ibi enim Trypho Christianorum fidem de Jesu ex Maria Virgine nato prolixe ridet, eam fabulis Græcorum, de Perseo è Danae virgine, Jove in ipsam auri forma illabente, prognato, æquiparans, ac mox subjungens: καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ἐκείνοις λέγοντες, αἰσχύνεσθε ὀφείλετε, καὶ μᾶλλον ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων γεγόμενον λέγειν τὸν Ἰησοῦν τοῦτον. *Et vos eadem cum illis dicentes, erubescere, & potius hominem ex hominibus genitum esse Jesum hunc dicere debetis.* Quis non videt, quid hic sit, hominem ex hominibus genitum esse? Alibi in eodem Dialogo Justinus ipse ex veteribus Prophetis probat, Christum ex Virgine nasciturum, inde colligens, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων γεγεννῆσθαι. *Christum non esse hominem ex hominibus, communi mortalium more genitum.* Denique Justinus

ſtinus hoc ipſo in loco, de quo quæſtio eſt, ſatis aperte docet, quid voluerint Hæretici, qui dixerunt, Chriſtum eſſe hominem ex hominibus genitum. Etenim ſuam, hoc eſt, Catholicam ſententiam de Chriſto Domino noſtro in ipſo perioches initio hanc fuiſſe dicit, ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεὸς ὢν, καὶ γεγόνηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου. *Ipſum tum præextitiſſe Filium conditoris univerſitatis hujus, adeoque Deum eſſe; tum genitum eſſe hominem ex Virgine.* Deinde Hæreticorum ſententiam ſubjungit Catholicæ contrariam, nempe Chriſtum eſſe ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων γεγονότα. Unde liquet hæreticos iſtos dupliciter à Catholica ſententia aberraſſe, nempe quod docuerint 1. Chriſtum eſſe hominem tantum, non Filium Dei ante Mariam præexiſtentem: 2. Chriſtum eſſe hominem ex hominibus genitum, non ex Maria Virgine per inumbrationem Spiritus Sancti natum.

Sane ex hoc aliiſque indiciis conjectare licet, Epiſcopium & Remonſtrantes locum hunc Juſtini, quem tantopere creparunt, prorſus feſtinanter primum legiſſe; (abreptos ſcilicet ſono verborum, quæ primo auditu præconceptæ ipſorum hypotheſi manifeſte favere viderentur) ejuſdemque adeo loci poſtmodum neque antecedentia neque conſequentia neque adeo ipſa verba accurate expendiſſe. Ut ut vero illud ſit, certiſſimum eſt viros eruditos fruſtra omnino locum allegaſſe, ut probarent, *Veterem & primi-*

primitivam Christianorum Ecclesiam communionem coluisse cum iis, qui Christum Jesum non nisi ψιλὸν ἄνθρωπον, seu hominem ex hominibus, & electione Christum factum esse credebant & profitebantur.

Sanctissimæ atque individuæ Trinitati, Deo Patri, ejusque coessentiali & coæterno Verbo ac Filio, nostræ salutis causa incarnato, una cum Spiritu Sancto Paracleto, ab Angelis & hominibus tribuatur laus, honos & gloria omnis in secula seculorum. Amen.

FINIS.

ADDENDA

AD Pag. 34. Lin. 16. post *contrectasse*. adde. Ceterum quam sibi mutuo consonent exordium Evangelii Sancti Joannis & initium primæ ejusdem Epistolæ, observatum est olim à viro magno Dionysio Alexandrino in libro secundo περὶ ἐπαγγελιῶν his verbis * συνᾴδουσι μὲν γὰρ ἀλλήλοις τὸ εὐαγγέλιον καὶ ἡ ἐπιστολὴ, ὁμοίως τε ἄρχονται. τὸ μὲν φησὶν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἡ δὲ, ὃ ἦν ἀπαρχῆς. τὸ μὲν φησὶ, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· ἡ δὲ τὰ αὐτὰ σμικρῷ παρηλλαγμένα. ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη· ταῦτα γὰρ προανακρούεται, διατεινόμενος ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐδήλωσε πρὸς τοὺς οὐκ ἐν σαρκὶ φάσκοντας ἐληλυθέναι τὴν κύριον. διὸ καὶ συνῆψεν ἐπιμελῶς, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυρούμεν· καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν· ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν· ἔχεται αὐτοῦ καὶ τῶν προθέσεων οὐκ ἀφίσταται. i.e. *Nam Evangelium & Epistola sibi mutuo consonant, & eodem ordiuntur modo. Sic enim incipit Evangelium: In principio erat verbum. Epistola vero: Quod fuit ab initio. In illo dicitur: Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre. Hæc vero eadem habet, paululum immutata: Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, de Verbo vitæ: & vita manifestata est.*

* Apud Euseb. Ec. Hist. lib. 7. cap. 25. p. 275. Edit. Valesii

Hæc

ADDENDA.

Hæc enim ille veluti modulationis proludia præmittit, adversus eos qui Dominum in Carne advenisse negabant, ut in sequentibus ostendit. Quamobrem de industria subjunxit: Et quod vidimus testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis. Adeo totus ex se ipse pendet, & à propositionibus suis ne latum quidem unguem discedit.

Pag. 130. l. 23. post *conservetur* adde: Eaque prærogativa Pater à Filio distinguatur.

CORRIGENDA.

PAG. 12. l. 31. post *permanens* lege, *illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica traditione discordat. Illud tamen scire oportet*, &c. p. 13. l. 27. Origenes p. 19. l. 13. Judaicum. p. 20. l. 13. τοῦν. p. 21. l. 28. filius. p. 26. l. 22. Irenæo. l. 30. impossibile. p. 28. l. 14. Ebionæorum. p. 31. l. 31. Apostolus. p. 34. l. 2. ζωὴν. p. 45. l. 7. Atqui. p. 47. l. 1. Nazaræorum. p. 48. l. 8. affirmans. p. 53. l. 14 fuerit. p. 54. l. 28. Ιησοῦν. p. 60. l. 5. lingua. p. 62. l. 4. qua. p. 63. l. 9. flagris. p. 66. l. 20. consilio. p. 68. l. 10. ἑαυτοῦ. p. 76. l. 2 enucleatius. p. 78. l. 19. inducit. p. 79. l. 10. ἐξηγήσεις.. p. 84. l. 13. annuntiaverit. p. 85. l. 18. Africana. l. 20. Africanis. l. 29. eâdem. p. 90. l. 13. unigenitum. l. 27. ἐθεασάμεθα. p. 91. l. 13. μονογενῆ. l. 22. μονογενὴς. p. 94. l. 18. Episcopius. p. 95. l. 6. ὠνομάσθησαν. p. 96. l. 8. ἀνακεφαλαιωθῇ. p. 102. l. 9. eorum. l. 30. ita. p. 105. l. 18. consilium. p. 108. l. 24. ἄμωμον. p. 110. l. 30. αἰώνων. p. 111. l. 8. hos mundos. p. 112. l. 28. Psalmi. p. 144. l. 22. parœciis. p. 145. l. 5. cœtibus. p. 176. l. 14. τοῦτον. p. 203. l. 26. ὑμᾶς. p. 207. l. 7. deducta. l. 21. quippe qui. l. 26. coessentiale. p. 208. l. 30. aliique.

Sunt alia nonnulla σφάλματα leviora, quæ Lector non morosus facile condonabit.